

Universitätsbibliothek Wuppertal

Artivm scriptores minores

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1923

Eutychis Ars de verbo

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1978)

EVTYCHIS

ARS DE VERBO

‘Eutychi grammatici de discernendis coniugationibus libri duo’ editi sunt a Ioachimo Camerario una cum Mario Victorino et Servii quibusdam libellis Tubingae a. 1537*). post hunc Putschius eosdem libros exhibuit ‘ex scripti codicis’, ut ait, ‘lectionibus, quas humanissime suppeditavit Clariss. Ioan. Wouwer, utiliter auctos et emendatos’. denique Lindemannus eos ex codice Bobiensi nunc Vindobonensi 16 recensitos edidit in primo volumine grammaticorum latinorum. a me autem ad novam editionem parandam quattuor adhibiti sunt libri manu scripti, Bobiensis, is quo Lindemannus usus erat (B), Parisinus 7498 (P), Monacensis 19454 olim Tegernseensis 1454 (t), Monacensis 6416 olim Frisingensis 216 (f). quorum antiquissimus est Bobiensis octavo vel septimo, ut videtur, saeculo scriptus: cf. vol. IV praef. p. VII, Endlicher cod. philolog. Latin. bibl. Palat. Vindob. p. 215 sqq. Eutyche ars scripta est f. 57—68 omissa inscriptione, pro qua recentiore manu scripta sunt haec, *incipit liber primus coniunctionum siue declinationum grammaticalium, Cum semper novas — esse monstratum. deo gratias explicit feliciter ars eutycki grammatici.* sequuntur pauca de deponentibus vel communibus verbis, quae in plerisque codicibus cum Eutyche con-

*) Principis editionis hic est titulus: ‘Continentur hoc libro optima et praeclarissima scripta, quod ipsa scilicet ostendent. Marii Victorini Grammatici et Rhetoris, De orthographia et ratione carminum libri IIII. Servii Honorati Grammatici de pedibus uersuum libellus. Eutychi auditoris Prisciani, de discernendis uerborum coniugationibus. Servii Marii Honorati, De syllabarum quantitate. Quaedam nunc primum, quaedam secus quam prius in lucem edita, cum assidua cura et studio diligenti. Quodsi non male positum fuisse intellexerimus, dabimus operam ut etiam posthac officina nostra quasi robustioris eruditionis, non uulgares foetus producat atque edat. Ab Viricho Morhardo Tubingae, An. M. D. XXXVII. Prid. Calend. Septemb.’ in praefatione Ioachimi Camerarii Marius Victorinus e codice Ioannis Sichardi editus esse dicitur. de Eutyche codice nihil indicatum est ab editore.

iungi solent et ex hoc ipso codice primum edita sunt anal. gramm. Vindob. p. 184, *omnia deponentia — tertiam sibi coniugationem uendicat. explicit.* in vetere scriptura permulta postea correcta vel addita sunt, quae partim ab ipso vetere librario, partim diversa quidem manu, sed eodem tempore, partim recenti manu scripta esse visa sunt Lindemanno, cuius auctoritatem in indicanda codicis scriptura secutus sum. eam tamen in schedis ipsius manu scriptis paulo accuratius quam in editione descriptam habebam. Parisinus codex, de quo in praefatione librorum minorum Prisciani vol. III p. 396 dixi, nono saeculo scriptus est, f. 89—104 *incipit prologus libri euticis. Cum semper — uendicat sibi.* huius codicis lectiones tum, cum Claudii Puteani erat, a Wouwero accepisse videtur Putschius. codex Tegernseensis formae quadratae minoris undecimo saeculo scriptus post carmina Iuvenicii habet Eutychem p. 73—144, *liber eutichii. Cum semper — esse monstratum.* sequitur glossa in Focam, de qua supra p. 406 dictum est. eiusdem fere aetatis est codex Frisingensis item formae quadratae minoris, f. 1—29 *incipit ars eutici (vel euticis). Cum semper — esse monstratum. explicit ars euticis grammatici.* subiecta est epitome sive recapitulatio regularum Eutyichis f. 29*—31* *Igitur differentias quattuor coniugationum prout paruitas mea ualuit prius lector ex prima persona breuiter expositas agnoscat — in xor autem desinentia primae sunt coniugationis ut rixor amplexor et cetera.* totam epitomen edidit Spengelius in censura editionis Lindemanni ephemer. scholast. a. 1832 p. 281 sqq. sed cum Bobiensem codicem, quem solum ducem secutus erat Lindemannus, propter negligentiam scripturae et crebras emendationes multis locis viderem incertae fidei esse, huic praeferendam esse duxi auctoritatem Parisini libri, qui et accurate scriptus et paucis locis, maxime sub finem operis, idque antiquo tempore correctus est. itaque huius potissimum fidem secutus sum, maximeque in forma orationis, in qua magna est codicum diversitas, et in exemplis verborum enumerandis, quorum ordo saepe perturbatus est, plerumque unius codicis rationem, nisi quidem aperte corrupta erat vel certa pristini ordinis indicia extabant, exprimere quam pluribus collatis diversa colligere vel ad constantiam quandam et aequabilitatem omnia revocare malui. in discrepantia autem codicum indicanda eam legem tenui, ut scriptura codicis Parisini, quem fundamentum recensitionis esse volui, et Bobiensis, cui secundum locum concessi, paucis quibusdam et leuissimis rebus exceptis integra proponeretur, ex Tegernseensi et Frisingensi autem ea quae vel rectius in his quam in illis scripta sunt vel digna esse memoria videbantur exhiberentur. quamquam in Bobiensi quoque codice negligentiam veteris librarii vel curas correctorum scrupulose indicare inutile esse duxi; Tegernseensis autem et Frisingensis

in exemplis veterum scriptorum a grammatico citatis ita adhibiti sunt, ut praeter apertos librariorum errores nihil quod aliter in illis atque in antiquis duobus scriptum est omitteretur. praeterea principis editionis scriptura (s) paucis locis indicata est.

Ex reliquis Eutythis libris, quos quidem vidi et examinavi, maxime memorabiles sunt hi. codex Parisinus 7499 olim Claudii Puteani saec. XI, f. 72 — f. 91 *incipiunt capitula libri euticis de uerbo I De coniugationibus grecorum etc. Cum semper — explicit prologus feliciter. incipit liber I euticii de uerbo et de coniugationibus grecorum et de dissimilibus ac similibus regulis eorum ac latinorum et de cognitione coniugationum ex prima persona et de anomalis uerbis. Tres quidem — uindicat. in priore libro multa scholia in margine adscripta sunt. ex hoc codice capitula, quae in codice Parisino 7498 quoque numeris in marginibus adscriptis indicata sunt, in fine libri edidi. codex Parisinus suppl. 69 saec. XI f. 39* — f. 72 *incipit ars euticii grammatici. Cum semper — uindicat sibi. codex Bambergensis M. V. 18 saec. X f. 71—85 incipit ars euticii de uerbo. Cum semper — uindicat. explicit ars euticii de uerbo. codex Monacensis 6411 Fris. 211 saec. XI vel X f. 1—28 epi (?) gramma . . . euticii. Cum semper — uendicat. codex Monacensis 6417 Fris. 217 saec. XII f. 1—30 Cum semper — esse monstratum. finit euticis lib. II de coniugationibus discernendis. codex Leidensis Voss. 41. 8 saec. X f. 1 sqq. incipit liber eutic . . . grammatici de uerbo. Cum semper — esse monstratum. explicit liber euticis. praeterea fragmenta non nulla utriusque libri scripta sunt in his codicibus, in Sangermanensi 1188 saec. IX hac subiecta subscriptione, *explicit ars euticii de uerbo*, in Montepessulano 358 saec. X, *incipit ars euticii de uerbo*, in Sangallensi 822 saec. X, in quo priori libro subscripta sunt haec, *explicit primus liber incipit secundus euticis grammatici de discernendis coniugationibus*.**

Nomen grammatici et in codicibus, quorum inscriptiones et subscriptiones supra positae sunt, et a recentioribus grammaticis, qui eius libris usi sunt, diverso modo scriptum est. in plurimis enim libris legitur *Euticii*, in aliis *Euticis*. unde plerique Euticium dixerunt, qua forma usi sunt Alcuinus in versibus de bibliotheca Eboracensi (vol. I praef. p. XXIII, vol. II praef. p. IX), *Servius Euticius Pompeius Comminianus*, et Clemens in excerptis codicis Leidensis Voss. 33. 4 f. 161*, *sed uticius* (corr. *euticius*) *dicil quod feruo in tertia coniugatione et ferueo in secunda, ita inquires, e autem carentia tertiae sunt coniugationis, ut ferueo ferues et feruo feruis, unde et uirgilius in octauo libro feruere leucaten dicit. alii ex genetivo Euticis nominativum finxerunt Eutex, quem una cum superiore posuerunt grammatici qui ineptis etymologiis nomen interpretari studuerunt in codice Parisino 7499 et in codice Bambergensi. nam in Parisino*

haec scripta sunt ante librum grammatici, *Septem circumstantiae requirendae sunt in una quaque arte, id est locus tempus persona factum causa modus facultas vel materies: locus quo facta est, tempus quando, persona quis fecit, factum quid fecit, causa quo modo fecit, facultas vel materies unde fecit. quae septem ita conveniunt huic libro. tempus: in tempore Iuliani consulis, quod inde intellegimus, quia Priscianus, magister Euticis, temporibus eiusdem Iuliani fuit. persona: Eutex vel Euticus, qui interpretatur fortunatus vel felix vel bonus textor, quia bene et feliciter texuit regulas grammaticae artis. factum ipsa ars intellegitur. causa, quia Craterus, suus discipulus, postulavit hoc opus ab illo fieri, ut potuissent Romani cognoscere coniugationes ex prima persona, sicut faciunt Graeci. modus: numerus librorum vel quo modo fecit, videlicet artificio vel prospere. materies vel facultas: unde fecit, hoc est de discernendis coniugationibus. in Bambergensi autem codice subscripta sunt haec, *Euticius est vir ingeniosus de Utica ortus provintia**). *Brientes appellantur euticii quasi veri iudiciales. euticia enim apud philosophos appellantur vera iudicia. unde Eutex appellatus est, quasi vere iudicans, eo quod sapientiam iudicavit. Eutex enim cognomen de agnomine ornatum. denique ab hoc grammatico non videtur diversus esse is cuius excerpta de aspiratione posuit Cassiodorus de orthogr. p. 2311. nam siquid colligere licet ex tractandi et scribendi ratione in istis excerptis, complura utrique scriptori communia sunt. is igitur Eutychem dixit in rubricis p. 2280 *Eutyche de aspiratione*, ubi *euthis* corr. *eutithis* habet codex Bernensis 330, *uticis* cod. Paris. 7495, et p. 2311, ubi *eutichis* deleta postea s littera habet codex Bernensis 330, *eutis* corr. al. m. *eutius* cod. Bern. 243, *euticetis* cod. Paris. 7495, et de iisdem excerptis dicens de instit. divin. script. c. 30 p. 478 ed. Geney. a. 1656, *orthographos antiquos legant — Eutichen de aspiratione*. editis autem libris de verbo primum Cameraarius Eutychei nomen praeposuit, secutus haud dubie auctoritatem codicis sui, in quo *eutici* scriptum invenerat; deinde Putschius ex Parisino codice, quo eum usum esse supra dixi, *Eutyche* recepit; postremo Lindemannus Bobiensis codicis subscriptione adductus est, ut Eutychemium verum esse nomen contenderet, quod inde ab illo tempore vulgo probatum est, praesertim cum hoc nomine fuisse latinum grammaticum temporibus M. Antonini constet auctore Iulio Capitolino vit. Anton. philos. c. 2. Osannus symbol. litt. II p. 164 probatis Lindemanni rationibus tamen in incerto relinquendum esse**

*) Vix credi potest has ineptias grammaticorum ex pravo etymologiae studio ortas fraudem fecisse viris doctis, quos de Africana Eutyche origine cogitavisse scribit Barthius advers. XI 2 p. 514 'ex reliquis ab Eutyche aliquando Grammatico laudatur (Statius), homine Graeco ut credo, vel Afro, ut Pithaeus et alii suspicantur, sed Latinis auctoribus versandis diligenti et industrio'.

existimavit, utrum grammaticus natione Graecus, cum de latino sermone scriberet, nomen suum in latinum morem convertisset, an latinum scilicet nomen graeca terminatione adsumpta mutavisset. mihi tutius esse visum est Cassiodori testimonium bonis libris ipsius grammatici confirmatum quam inferioris aetatis consuetudinem sequi.

Antiquiores artis grammaticae auctores non nominavit Eutyches, nisi quod semel Priscianum praeceptorem suum laudavit p. 2154. eiusdem libris de verbo interdum usus est. cuius rei certissima indicia sunt in iis quae de verbis in *to* desinentibus scripsit p. 2185 coll. Prisc. l. X p. 536. saepe etiam iisdem veterum scriptorum exemplis uterque usus est. e quibus quaedam Eutychem a Prisciano recepisse probabile est; alia vero vel ex antiquiore fonte vel ex ipsorum scriptorum libris petita esse scripturae differentia ostendit. quare in iis quae maxime memorabilia esse videbantur Prisciani locos, ubi eadem leguntur, indicavi.

EVTYCHIS

ARS

DE VERBO

p. 2143 P.

p. 153 L.

PROLOGVS

5 Cum semper novas quaestiones doctoribus auditorum acutiora com-
 movere solent ingenia et curiositas humanae familiaris naturae cotidie
 desiderat aliquid recens, inexcusabilis quodam modo respondendi neces-
 sitas praeceptoribus iure videtur inponi. tuis itaque petitionibus satis-
 faciens, meorum dilectissime discipulorum Cratere, quem in omni Grae-
 10 corum facundia tuos aequiperantem maiores in sapientia et maxime lau-
 dibus excellentes etiam gaudebam doctrina superavisse Romana, opusculum
 hoc ad discernendas pertinens coniugationes duobus libellis inclusi, quo-
 rum prior observationibus instruitur generalibus, alter indicio finalitatis
 speciales exequitur regulas.

LIBER I

DE CONIVGATIONIBVS VERBORVM

Tres quidem sunt apud Graecos coniugationum species: una, quae
 carens tenore in fine βαρύτονος ab eis appellatur, quae ex consonanti-

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

P codex Parisinus 7498

t codex Monacensis 19454 Tegernscensis 1454

f codex Monacensis 6416 Frisingensis 216

§ editio princeps Ioachimi Camerarii Tuingae a. 1537

4 INCIPIT PROLOGVS LIBRI EUTICIS *P* INCIPIT ARS EUTICI *ut videtur f* LIBER EUTICHI *t incip.*
 liber primus coniugationum sive declinationum grammaticalium *recenti manu add. B*
 EUTYCHI GRAMMATICI DE DISCERNENDIS coniugationibus libri duo § 9 dilectissime *Pf*
 diligentissime *B t* 10 sapientiae maxime *Lindemannus* sapientia etsi maxime §
 14 regulas explicat PROLOGVS ARS EUTICIS DE CONIUGATIONIBVS VERBORVM INCIPIT *P* regulas
 explicat praefatio. *B* regulas LIBER PRIOR EUTYCHI GRAMMATICI DE coniugationibus §
 18 ab eis *om. P*

bus ante finalem ω inventis ordinem sex coniugationum significat; alia, quae circumflexo accentu prolata apud eos iure *περισπωμένη* nominatur et ex vocalibus in secunda persona inventis ordinem trium coniugationum ostendit; et tertia, quam ex finali terminatione in μ desinentem dicunt * licet in paucis verbis quartam habent coniugationem. Latini vero, si-⁵ cut in aliis multis, nec prorsus omnia videntur habere | coniugationum indicia nec iterum carere penitus omnibus. nam in ω terminationem ex parte videntur imitari, o terminalem primae personae in plerisque temporibus habentes. cumque sint omnia verba linguae naturae Romanae *βαρύτονα*, hoc est tenore prorsus in fine carentia, nec tamen proprie-¹⁰ tate circumflexorum carent, ex vocali secundae personae coniugationum ordinem ostendentia. || sed cum secundae personae observatio syllabae terminalis, ex qua dinosci coniugationes artium scriptores voluerunt, apud Romanos penitus est incerta, quia non ratione cogimur aliqua scribo scri-¹⁵ bis verbum tertiae magis an scribas primae et cubo cubas in secunda persona an cubis enuntiare, conabor ex prima, sicuti possim, persona differentias coniugationum quasdam ostendere, tam vocales quam conso- nantes ante o vel or finalem positionis verbi considerans, notatis scilicet anomalis vel defectivis, in quibus plerumque ratio deficit analogiae, ut sum prosum inquam cedo edo faxo sodes ave ferit infit et similibus; licet²⁰ in his ipsis quaedam sunt, quae ex ipsa similitudine finalitatis possunt ceterorum regulis oboedire verborum.

Ante specialium tamen expositionem regularum prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum definire temptabo * quod inchoativa quidem, quae semper derivativa sunt nec a verbis tantum modo, sed²⁵ etiam a nominibus derivantur, et || in sco solum desinunt et unius tantum modo sunt omnibus artigraphis in hoc consentientibus tertiae coniugationis, ut hebesco calesco pertimesco evanesco tremesco terresco hor-

1 ω] o BP 4 in μ desinentem dicunt ξ in ω (in ω B) desinentem dicunt BP in a desinentem dicunt t in o desinentem dicunt id est *πρηνή* corrept̃ adscripta in marg. glossa *πρηνή* nominatur tertia i. actualis quia acutabitur f 5 licet in paucis verbis quartam *ὀξύτονον* habeant coniugationem ξ licet in paucis verbis, quattuor habet coniugationes coniecit Lindemannus. excidisse potius videtur divisio coniugationis in μ , quam ipsam quoque tres species ex tribus ordinibus coniugationis circumflexae ductas habere voluerunt grammatici, quibus accedit quarta *ἀπό τῆς ἑκτῆς τῶν βαρύτόνων* (Dion. Thr. p. 639, 25) habeant P 7 fortasse o terminalem primae personae praesentis temporis in plerisque habentes 18 positionem P 21 sunt] sint P ferit] fero t. fortasse foret vel furis: cf. Prisc. l. VIII p. 420, 14. 450, 15 23 tamen] quoque P 24 lacuna quam indicavi quattuor formarum definitio excidisse videtur, quae adiecta est in epitome codicis f, sed ante specialium expositionem regularum prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum diffinire temptabo. quattuor ergo constat esse formas verborum, id est inchoativam mediativam frequentativam perfectam. ex quibus inchoativa in sco solum desinunt 27 orthographis P 28 ut hebesco dormisco verberasco purpurasco inueterasco senesco iuvenisco glisco t ut hebesco calesco albesco pertimesco terresco evanesco orresco patesco feruesco labasco tremesco dormisco inueterasco senesco evanesco orresco patesco feruesco notesco labesco tremesco inueterasco senesco evanesco orresco patesco feruesco glisco f calesco] caluesco P terresco] fortasse tepesco

p. 2145. 46 P.

p. 154. 55 L.

resco patesco notesco fervesco labasco dormisco vesperasco purpurasco inveterasco senesco iuvenesco glisco. quo modo meditativa in urio solum desinunt et quartae tantum modo sunt coniugationis, ut lecturio dicturio micturio esurio. frequentativa vero, quae similiter inchoativis et meditativis derivativa sunt, in ito vel in to praecedente consonante vel in so vel etiam in xo desinunt et primae sunt tantum modo coniugationis, ut lectito dictito cantito cursito visito canto dicto merso curso nexo. viso enim visis, quod et Virgilius Aeneidos libro VIII refert, 'has forte invisitis aras', et in eodem |

10 protinus Arcadiae gelidos invisere fines,
et Horatius carminum libro primo
omne cum Proteus pecus egit altos
visere montes,

quia sensu caret frequentativorum, ideo nec coniugationem illorum servavit. perfectae autem formae verba, quae non sunt anomala scilicet vel defectiva, in quattuor inveniri coniugationibus video; quibusdam tamen ea differentiis arbitror posse discerni. et vocalibus quidem antecedentibus facilius est observatio, quam consonantibus. tres enim vocales ante o vel or verbi finales reperiuntur, e i u, quia nec a penitus nec o ante o invenitur, nisi in verbo reboo, quod factum est a βοῶν graeco verbo et secundum primam coniugationem declinatum reperitur apud Virgilium in tertio libro georgicon, ut 'reboant silvaeque et magnus Olympus', et inchoo inchoas, quod a χόω graeco videtur tractum.

Omnia igitur verba ante o vel or finalem e vocalem habentia unius tantum sunt secundum veteres artium scriptores secundae coniugationis, quae sola etiam in primitivis hoc habet proprium, quod vix || aliae in derivativis. nam quo modo prima coniugatio frequentativa, tertia inchoativa, quarta meditativa verba, sic secunda in eo terminationem quasi specialem, ipsa tamen non in derivativis solum, sed etiam in primitivis possidet, ut habeo taceo candeo egeo squalleo timeo maneo stupeo arceo censeo pateo caveo; eodemque modo in eor quoque desinentia non solum passiva, sed etiam deponentia vel communia secundae sunt semper coniugationis, ut polliceor liceor medeor reor mereor vereor misereor fateor

1 dormesco B 2 inveterasco corr. -esco B inveteresco P inuenisco P
glisco et rel. B 10 protinus] Verg. Aen. VIII 159, ea quae praecedunt non sunt
Vergilii 11 carminum libro primo] 2, 7 12 omne] omis t 13 visere] inuisere
B t 14 ideo coniugationem illorum non servat B 19 finalis B 20 nisi in eo
verbo reboo P 22 in tertio libro georgicon] v. 223 reboantque silvae et B cum
gemitu reboant silvae et f 23 a koo corr. a koa B a χόω 5 videtur] verbo P
25 sunt et secundum BP 26 habuit BP 29 ipsa tm non dirivativis B 30 ut
habeo taceo maneo moneo stupeo (superscr. scabeo squalleo, in marg. add. immineo
lugeo deleo) arceo censeo candeo timeo egeo doleo pateo caueo B ut est habeo taceo
stupeo maneo scabeo squalleo arceo censeo candeo timeo geo doleo pateo caueo P ut
est habeo taceo moneo stupeo arceo scabeo arceo censeo candeo timeo geo doleo pateo
caueo t 31 eodem quoque modo P

profiteor tueor intueor. notantur primae quidem coniugationis beo creo meo comneo nauseo enucleo laqueo screo, quartae vero eo et queo, et quae tam ex his quam ex illis componuntur. sicut u quoque vocalem ante o vel or finalem habentia verba primitiva tertia sibi sola | coniugatio vindicat, ut inbuo tribuo acuo induo arguo fluo polluo pluo adluo⁵ innuo minuo spuo ruo suo metuo futuo loquor liquor fruor, et ab omnibus his composita, exceptis paucis, quae ad primam coniugationem derivationis ratio trahit, de qua postea dicetur, ut vacuo viduo tenuo sinuo insinuo continuo fluctuo aestuo tumultuor mutuor. i vero ante o habentia trium sunt coniugationum, id est primae tertiae quartae: confusionis¹⁰ enim discernendae causa melius mihi videtur quartam nominare, licet quidam eam quoque tertiam [solam], sed productam, appellaverunt. sed illa primae sunt, quae adhaerent nominibus non minus trisyllabis, absque pio pias et hio hias, i puram paenultimam nulla sequente consonante semper habentibus in omni genere, ut nuntius nuntio nuntias, saucius saucio saucias, socius socio socias, [curia decurio decurias] fiducia fiducior fiduciaris, repudium repudio repudias, tripudium tripudio tripudias, radius radio radias, consilium consilior consiliaris, concilium concilior conciliaris, folium defolio defolias, spodium spolio spolias, || somnium somnio somnias, linia delinio delinias, auxilium auxilior auxiliaris,²⁰ corium decorio decorias, furia furio furias, varius vario varias, basium basio basias, spatium spatior spatiaris, pretium depretio depretias, initium initior initiaris, vitium vitio vitias. omne itaque verbum in io desinens et nomen habens adpositum sibi in i puram paenultimam terminans primae coniugationis invenitur, ut dictum est, excepto hio hias [et²⁵ pio pias], quod licet primitivum est in io desinens, primae tamen est coniugationis. amplio enim amplias ab amplior nomine vel amplius adverbio, sicut satio satias a satias nomine, quo utebantur antiqui pro eo quod est satietas, ut Terentius in Eunucho

ubi satias fieri coepit, commuto locum,

30

2 nauseo enauseo nucleo enucleo laqueo inlaqueo quartae P 3 componuntur ut eo ueneo nequeo pereor redeo in eo ex eo adeo ab eo praeco anteo circueo intereo transeo praetereo ambeo coeo contraeo introeo dispereo pertranseo subeo subintroeo supereor sicut t componuntur ueneo nequeo prodeor redeo in eo ex eo ab eo praeco subeo pereor anteo circueo intereo praetereo ambeo adeo coeo contraeo dispereo pertranseo subineo subintroeo supereor sicut f componuntur sicut veneo nequeo s 6 futuo B fatuo Pt 7 dirivatiua trahit traditio P 9 tumultuor om. B: mutuor tumultuor fatuor (instituo *add. t*) infatuor tf 13 illa primae sunt quae sunt adhaerentia nominibus inveniuntur tamen non minus t adhaerentia B 14 puram om. B 15 nuntius nuntio nuntias si hoc loco a grammatico posita erant, sequitur ut nuntius etc. scripserit 16 curia decurio decurias ab hoc loco aliena esse ordo litterarum finalium or aris

ostendit 19 somnium somnio as B somnium somnior somniaris Pf somnium o t 20 delinio as Bf delinio (*corr. dil.*) dilinias P delineo t 21 furio as Bf furior furiaris P 22 basias basilium basilio basilias spatium P 24 adpositum sibi i puram Pf appositum i puram Bt 25 et pio pias om. B 29 in Eunucho] V 5, 3

30 commoto loco . . . potest venire B commutato loco potest venire P

p. 2147. 48 P.

p. 156. 57 L.

potest venire. Ianio quoque verbum a nomine Ianius, quod idem Terentius in eadem Eunuchō pluraliter per apocopam posuit, 'coci Iani fartores', non est dubium fieri. quidquid igitur verbum in io desinens et praedicta carens observatione, id est sive penitus origine nominis privatum est, sive a nomine derivatum non habet adhaerens sibi nomen omnibus modis et ultra duas syllabas et paenultima syllaba in i puram desinens, quartae esse coniugationis sine dubio cognoscitur. cuius rei exempla sunt haec, ambio ambis, superbo superbis, sancio sancis, sarcio sarcis, farcio expedio impedio fastidio condio custodio erudio oboedio
 10 vagio praesagio salio sepelio stabilio | mollio bullio dormio redimio exinanio insanio lenio venio insignio finio hinio tinnio grunnio munio punio saepio sopio ferio cooperio aperio garrio ligurio esurio nutrio micturio prurio parturio haurio inretio sentio gestio vestio effutio servio saevio, blandior blandiris, ordior ordiris, largior largiris, sortior sortiris,
 15 partior partiris. haec enim omnia vel primitiva sunt et carent origine, vel aliunde derivata non a nominibus non minus trisyllabis i puram paenultimam semper habentibus veniunt. tamen || notantur pauca, quae speciem habentia supra dictorum, cum similiter deberent esse quartae coniugationis, ad tertiam correptam solam perveniunt coniugationem. sunt
 20 autem vel a vel i breves ante cio solum et a vel u ante pio similiter habentia, ut iacio facio aspicio elicio inlicio pellicio interficio officio capio sapio cupio, et praeterea fodio fugio pario quatio concutio morior patior, et interdum orior et potior, et omnia ex his singulis composita. alia vero omnia verba, quae vocali carent ante o finalem, duarum tan-
 25 tum modo sunt coniugationum, id est primae et tertiae; sed plerumque primae sunt quae derivantur a nominibus. omne enim verbum a nomine derivatum, si non sit meditativum vel inchoativum vel frequentativum, quae quasi speciales habent coniugationes proprias, et nec in eo desinens, ut secundae, vel in uo primitivum, ut tertiae, vel in io sine praedictis
 30 observationibus, ut quartae sit, primae plerumque coniugationis invenitur.

Sed quia sunt et a nominibus verba et a verbis nomina derivata, quae possunt in dubium venire, prius mihi videtur de hac aliquid ambiguitate, si possim, disserere. itaque sciendum est quod, sicut rerum, quaeque sint, sic etiam ubertati vocum studens natura tam verba de
 35 nominibus quam de verbis nomina procreavit. et multa quidem paene de singulis nominum terminationibus genuit, quae primae coniugationi

et
 2 in eodem P: Eun. II 2, 26 posnit ut coci o Iani B posuit et cocci Iani t
 fartores quod non BP 6 penultimam syllabam BP 12 cooperio] operio B t
 micturio — effutio post stabilio habet B 13 vestio om. B effutio & effugio corr.
 effugio B, om. P: effutio post sopio habet t 15 origine nominum t 19 solam
 coniugationem pertinent B 19 sunt autem alia a vel i BP sunt autem verba a
 vel i f sunt autem alia verba vel a vel i t 20 brevis P et alia a vel a P
 22 et praeterea sunt fodio B 24 verba om. B 29 ut et tertiae P 30 invenitur
 om. BP, add. tf 32 aliquid al. man. add. P

dedit verborum, de quibus postea dicetur. pauciores vero nominum terminationes, nec ab omni motu verborum, nec eas ipsas semper in multis nominibus a verborum derivatione traduxit; quas qui perceperit, intelligere facilius potest adhaerentia verbis nomina, utrum ipsa verborum sint origines, an deducantur a verbis. a tribus enim quasi fontibus verbalia nomina deducuntur, id est aut ab indicativo praesenti aut a praeterito perfecto aut ab infinitivo futuro sive participiis; et singulis eorum certae sunt derivationum clausulae tam generales quam speciales destinatae. sunt enim generales quidem nominum derivationes || venientes a praesenti tempore verborum hae, in ium, in itium, in iculum, in culum, in ulum, in imen, in cundus, in or, in idus, in us, in es tam brevem quam longam, in is, in ibilis, in ilis, in uus, | in ulus, in ax, in ex, in bulum, in bilis, in bundus, illo scilicet observando, quod consonans positionis ante o vel eo vel io inventa servatur in omnibus terminationibus nominum a vocali incipientibus. et ante ium quidem, ut litigo litigium, mercor com-
mercium, obsono obsonium, vestigo vestigium, aedifico aedificium, sacrifico sacrificium, participo participium, mancipio mancipium, impero imperium, convivor convivium, prandeo prandium, gaudeo gaudium, praesideo praesidium, medeor remedium, nubo conubium, iuro periurium, fastidio fastidium, exulo consulo u paenultima in i conversa exilium con-
silium, obsequor obsequium, eloquor eloquium, domicilio domicilium, solsto solstitium, iusto iustitium, cerno silicernium. item ante iculum rideo ridiculum, perpendo perpendiculum, everro everriculum, devertio deverticulum, veho vehiculum, pereor periculum, fero ferculum absque i; ut vincio vinculum, cingo cingulum et iacio iaculum finalitatem non in iculum, sed in ulum converterunt. item ante imen, ut rego regimen, tego tegimen. et ante cundus i vel e praecedentibus etiam, ut rubeo rubicundus, vereor verecundus, quod e pro i servavit. ante or quoque, quorum pauca ex aliis, pleraque ex secunda veniunt coniugatione et neutralibus maxime verbis; quae quia non possunt ad passivam transeuntia
significationem in or desinere verbaliter, nomen a verbo secundae prae-

5 uerbialiter BP 7 fortasse sive infinitivo futuro aut a participiis 9 sunt enim generales quidem nominum derivationes venientes a praesenti tempore verborum terminationes Hae enim (*superscr.* sunt) in ium B sunt autem generales quidem nominum derivationes venientes a praesenti tempore verborum terminationes enim hae sunt in ium P sunt enim generales quidem nominum derivationes a praesenti tempore verborum terminationes Hae enim sunt in ium t sunt enim generales quidem derivationes nominum a praesenti tempore verborum quorum terminationes hae sunt in ium f
10 in itium in iculum in bulum in imen in or in es tam brevem quam longam in bilis in ilis in uus in bundus in cundus in idus in ulus in uus in ax in ex in eps illo B
11 in imen] in men P 13 illo scilicet et observando P 21 domicilio domicilium Bf et domunculo domicilium Pt a domicilio nel domunculo domicilium s. fortasse colo domicilium, cerno silicernium, et ante itium, sto solstitium iustitium 23 everro everriculum s everso eversiculum Pt euerto everticulum B auerto averticulum f
25 vincio] vinco B 26 item in men rego regimen tego tegmen et ante cundus e uel i praecedentibus etiam ut vereor verecundus rubeo rubicundus quod i pro e servavit P 27 pereuntibus B 30 transeuntia] transire B 31 uerbialiter BP

p. 2149. 50 P.

p. 158—60 L.

sertim coniugationis derivatum in or desinens quasi incorporalis rei fecere vocabulum, ubique servata scilicet consonante positionis, absque s et t, quae solae ante or inventae solent ostendere nec incorporalia nomina, nec a praesenti, sed ab infinitivo futuri deducta, ut tonsor defensor consolator amator venator lector petitor auditor. unde censor quoque, licet a || praesenti censeo pote[rat] tractatum videri, tamen, quia rem corporalem significat, non a praesenti magis illud quam ab infinitivo futuri, qui est censum ire, factum conprobamus. sunt autem in or desinentium nominum consonantem positionis servantium exempla haec, sudo sudor, amo amor, clamo clamor, sono sonor, erro error, rubeo rubor, marceo marcor, candeo candor, algeo algor, caleo calor, timeo timor, teneo tenor, tepeo tepor, horreo horror, ferveo fervor, strideo vel strido stridor, tremo tremor, cano canor, sapio sapor, furo furis, licet deficit prima persona, furor; liquor liqueris verbum, liquor liquoris nomen; sōpio sōpor. quorum duo posteriora notantur, quod paenultimam verborum longam corripiunt in nominibus. item ante idus consonans positionis invenitur, ut madeo madidus, splendeo splendidus, sordeo sordidus, frigeo frigidus, caleo calidus, timeo timidus, tepeo tepidus, stupeo stupidus, areo aridus, torreo torridus, ferveo fervidus, rapio rapidus, cupio cupidus, vivo vividus, fluo interposita v fluvidus. ab invideo et pando minus una syllaba proferuntur invidus pandus. trepidus enim nomen non a trepido verbo, sed a tremo tremidus et trepidus mihi videtur magis venire, et ex eo facere verbum trepido trepidas, sicut a sordidus nomine sordido sordidas verbum. in es quoque tam brevem quam longam vel is vel 25 ibilis vel ilis vel uus vel ulus sic inveniuntur derivata positionis litteram ante clausulam servantia, tego teges, mergo merges, caedo caedes, luo lues, struo strues, fido fides paenultima correpta, ut et sōpio sōpor; item in is, torqueo torquis; item in ibilis vel ilis, doceo docibilis docilis, nubo nubilus, facio facilis, utor utilis, effutio effutis; item in uus, oc- 30 cido occiduus, praedor praeduus, caedo incaeduus, perspicio perspicuus, divido dividiuus; item in ulus, bibo bibulus, pendo pendulus, credo credulus, strido stridulus, gero gerulus, lego legulus, unde murilegulus, tremo tremulus, cerno cernulus, queror querulus, adopto ad|optulus. ante

1 derinatur B 4 tonsor] censor BP tonsor censor Putschius 10 sono sonor om. B 11 algeo algor (caleo postea ead. m. add. B) timeo BP algeo algor. albeo albor timeo f algeo r alo r timeo t algeo algor oleo olor timeo s: nomina verbis timeo — sapio adscripta om. B P, add. t f s 13 tremo vel tremo P furio furis furit licet deficiat B 17 sordeo (algeo postea ead. m. add. B) frigeo BP: nomina verbis sordeo — ferveo adscripta om. BP, item rapidus et cupidus om. P, add. t f s 20 pando] prandeo BP: cf. Prisc. l. III p. 137, 1 21 pandus] prandus BP 24 longam vel (superscr. is) ilis (superscr. uel uus) uel ulus uel illis sic inveniuntur B 25 derinatae P 26 mergo merges corr. mercor merces B 27 sōpor torqueo item est torquis item in ibilis uel ilis doceo docibilis docilis P sopor item torqueo torques item doceo docilis B sopor item in is torqueo is doceo ibilis t 30 praedo praeduus t f praedo praeduus additis eadem manu cernuo cernuus et recenti manu praedico praedicuus B. fortasse ardeo arduus, quod est apud Priscianum l. III p. 136, 7 31 in ulus om. B

ax quoque vel ex, ut voro vorax, audeo audax, tumeo tumax, contumeeo
 || contumax, teneo tenax, dico dicax, capio capax, rapio rapax, perspicio
 perspicax, efficio efficax, fallo fallax, emo emax, vivo vivax, sagio (unde
 praesagio) sagax, salio salax (unde 'caudamque salacem' Horatius
 sermonum libro I), mentior mendax, lateo latex, verto vertex. in ter-
 minationibus autem incipientibus a consonante consonans antecedens ipsam
 positionem verbi invenitur praecedens nominis clausulam, in prima qui-
 dem coniugatione a sequente, in reliquis autem i, in bulum vel in bilis,
 ut sto stas stabulum, voco vocas vocabulum, pateo pates patibulum, in-
 fundo infundis infundibulum, item sto stas stabilis; item in bundus, erro
 erras errabundus, ludo ludis ludibundus, morior moreris moribundus,
 furo furis faribundus.

Sunt et aliae clausulae nominum a praesenti verborum tempore
 venientes non tam generales nec sic in multis inventae nominibus, ut in
 a vel in ela vel in eria vel in ina vel in ile vel in o vel in edo vel in
 ido vel in io vel in us vel in um vel in rum desinentibus consonante
 positionis antecedente, ut scribo scriba, nubo pronuba, fugio fuga, per-
 fugio perfuga, advenio advena, convenio convena, lenio lena, sequor ad-
 secula, colo caelicola, gigno vel antiquae geno terrigena, vivo conviva; sic
 insideo insidiae pluraliter tantum. item candeo candela, suadeo suadela,
 luceo lucerna vel etiam lucina, lateo laterna, ruo ruina, rapio rapina,
 cubo concubina; item cubo cubile, sedeo sedile. item in o masculina,
 ut epulor epulo, lateo latro, lenio leno; comedo palpo verbero incubo,
 licet in eadem voce tam verba sunt quam nomina. feminina quoque in
 edo vel in ido, ut torpeo torpedo, cupio cupido, libet libido: formido
 item et caligo propago, similiter ut comedo, in eadem voce tam verba
 quam nomina sunt. item in io quoque, ut || opinor opinio, suspicor,
 suspicio. in us quoque fiunt antecedente consonante positionis, ut parco
 parcus, coco cocus, ludo ludus, fido | fidus, pando pandus, luceo lucus,
 arceo arcus, metuo metus, gradior gradus [scio sciens multiscius inscius
 praescius, fluo refluus septemfluus]; sic invidio invidus, profugio profu-
 gus, a facio luctificus terrificus laetificus beneficus maleficus veneficus,
 a dico fatidicus veredicus maledicus, a volo vis benivulus malivulus, a

1 tumax contumeeo om. B 2 capio capax B t careo carax P f 4 sagio sagax
 unde praesagio P sagio sagax unde praesagio praesagax t 5 sermonum in libro I
 P: Hor. sat. I 2, 45 9 post stabulum ead. man. postea add. item stabilis B
 10 item sto abilis t item in bilis sto as stabilis f insto instas instabilis P, om. B
 14 in a vel in ella vel in enia vel in eria vel in ina vel in le vel in o vel in io vel
 in us desinentibus B 16 in us] in us vel in ius P 17 perfugio perfuga refugio re-
 fuga B 18 adsecula P assecula B adsecla t assecla f 19 vel ut antiqui dice-
 bant geno t: vel om. B 20 insideo (corr. -dior) insidiae B insidio (corr. al. man.
 -deo) insidiae P insidior insidiae t: cf. p. 2190 candela (corr. -ella) suadeo sna-
 della B 32 cubo concubina (superscr. et) cubile B 26 similiter ut comedo t et
 similiter (corr. similiter ut B) comedo BP 27 sunt item om. P 28 suspitio P
 32 veneficus] nenificus B t f 33 item a dico P

p. 2152. 53 P.

p. 161. 62 L.

volo volas velivolus (unde 'mare velivolum'), a frango naufragus vel navifragus. in um quoque vel in rum, ut vado [hoc] vadum [vel hic vas huius vadis], scalpo scalprum, fuleio fulcrum, iungo iugum. sunt et o finali tantum reiecta de verbis nomina in er desinentia, ut a fero vel gero composita lucifer corniger. item, quamvis rara, sunt tamen a verbis nomina, quae inceptivam paenultima vel antepaenultima syllabae verbi consonantem ante clausulam habent nominum, ut in en et in os et in ex et in eps et in es [et in cen et in pos et in pex et in fex et in ceps et in hex et in ses] desinentia, ut a cano cornicen, liticen tubicen fidicen tibicen, a pono compos, ab aspicio auspex, a facio artifex opifex, a capio municeps particeps auceps, ab obicio obex; sic praesideo praeses, resideo reses, desideo deses, quiesco quies.

A praeterito quoque perfecto vel magis ab infinitivo futuro derivantur generales quidem terminationes hae, in culum, in mentum, in men, in bilis, in tio, in tor, in trix, in tivus, in sio, in sor, in sibilis, in tilis, in ticius. et ante tum quidem infinitivi posita vocalis vel consonans servatur etiam in derivationibus, in culum, in mentum, in men, in bilis desinentibus nominibus mutatione tum syllabae in eas facta, ut oraculum miraculum propugnaculum, fundamentum || ornamentum sacramentum munimentum alimentum incrementum, solamen foramen purgamen flamen liquamen certamen [agmen fragmen] acumen munimen flumen; sic amatum ire amabilis, laudatum laudabilis, statum stabilis, motum mobilis, notum nobilis, auditum audibilis. in reliquis autem in tio vel in tor vel in trix vel in tivus vel in sio vel in sor vel in sibilis vel in tilis vel in ticius desinentibus nominibus ante clausulam nominum invenitur vocalis vel consonans, quae ante tum vel sum in futuro infinitivi verbi erat, mutatione um syllabae in praedictas facta terminationes, ut probatio invocatio laudatio obligatio elevatio usurpatio aequatio observatio exhibitio munitio dictio lectio auditio; item bellator bellatrix, venator

venatrix, fultor fultrix, victor victrix, petitor petitrux, auditor auditrix, nutritor nutritrix minus una syllaba propter euphoniā, item doctor doctrix,

1 unde om. P: Verg. Aen. I 224 naufragus vel nauifragus § naufragus vel naufragus P naufragus vel naufragus B nauifragus f naufragus cum glossa vel nauifragus t

2 vel in rum om. P, add. t siue in rum al. m. add. B vado (superscr. hoc) vadum B 3 iungo t iugo corr. iungo B iugo P: cf. p. 2190 5 lucifer corniger ignifer dapifer fructifer annifer aurifer t 6 penultima vel antepenultima syllabae verbi f penultima syllabae verbi et antepenultima syllabae B penultima syllabae verbi P 8 et in es — et in ses om. B 10 a pono compos impos B ab aspicio B t f ab auspicio P § a specio coniecit Lindemannus 11 obicio P 14 in men in sio in tio in tor vel in trix in sor in tivus in bilis in silis in ilis in icus et ante B 18 mutatione tum syllabae in eas facta oro oraculum t um vel tum syllabae B facta om. BP 20 alimentum solamentum incrementum foramen P alimentum momentum solamen foramen B alo alimentum increo vel increasco incrementum solor solamen foro foramen t 21 certamen numen flumen B terramen frago fragamen acumen flumen munimen lenimen t 22 ire om. P 24 et in sio et in sor in ibilis in silis et in ilis et in icus B 27 in praedictas syllabas facta terminatione P 28 obligatio] obiurgatio § irrigatio f usurpatio] susuratio B 30 auditor auditrix om. P

et ab eo doctrina, tonsor tonstrix tonstrina, textor textrix textrina; item optativus derivativus deminutivus subditivus; nec non et in sio et in sor et in sibilis et in tilis et in ticius desinentibus nominibus, quae mutatione um in has terminationes fiunt, ut visum visio iussio mersio laesio missio iussor suasor risor pransor sponsor tonsor defensor lusor, visibilis 5 plausibilis sensibilis missibilis sessibilis flatilis fietilis textilis altilis scriptilis tortilis; sic adventicius advecticius commendaticius [sic steti statum ire status statio; sic ab eo quod est caedo caesum ire Caesar]. et praeteriti perfecti consonans, licet raro, tamen in verbalibus nominibus invenitur, ut rexi rex, duxi dux, luxi lux, rupi rupes, ambegi ambages. 10 et participiorum quoque vel similium participiis nominum per omnia genera eodem modo per singulas tam coniugationes quam significationes verborum inveniuntur derivatae terminationes, ut amans docens legens sapiens audiens, || amandus docendus legendus audiendus sequendus metuendus furibundus ludibundus, vocatus doctus scriptus auditus, vocaturus 15 docturus scripturus auditurus; non solum in accidentibus nominibus, sed etiam in fixis vocabulis [vel participiis], et maxime femininis in ura desinentibus, ut pictura scriptura litura natura censura.

Licet autem observationem non inutilem tradere, qua cognoscitur quasdam rerum differentias natura frequentius artis adminiculo reperire. 20 quippe nomina verborum origine deducta et gemino quasi fonte manantia diversa litterarum divisione separavit. nam ab indicativo praesenti venientibus nominibus ante clausulae casualis vocalem omnes consonantes positionis verborum significativas praeposuit, duabus exceptis tantum, id est s et t; quibus solis permisit ut non solum verbis praecedant fre- 25 quentativis, quae derivativa sunt, sed ut item ante omnes terminationes luceant, quae de praeterito perfecto vel infinitivo futuri descendant, ut exempla nominum declarant ante lata. de quibus omnibus terminationibus et traductionibus quia Roma[nae] lumen facundiae, meus, immo communis omnium hominum praeceptor, in quarto de nomine libro summa 30 cum subtilitate copiosissime grammaticus Priscianus disseruisse cognoscitur, ideo contentus haec ad renovandam tantum modo legentium memoriam perstrinxisse, reliquae parti promissionis meae satisfacere temptabo, id est supra positis observationibus nominum de verbis traductorum exceptis, quidquid verbum appositum nomini reperiatur (nam non solum a 35 verbo nomen, sed etiam verbum a nomine deductum), ostendere quod

1 item (*supra*scr. in tiuus) optativus P 2 et in sio et in ibilis et in icus B
4 ut iussio visio mersio missio B 5 visibilis passibilis sensibilis sessibilis missibilis flatilis B visibilis possibilis pransibilis plausibilis sonabilis missibilis sessibilis a sedeo flatilis & 7 steti om. B 9 verbalibus BP 10 ambigo ambigi ambages B ambigui ambages P ambigo ambegi ges t 14 sapiens om. B sequendus om. B 20 reperiri & 25 solis om. P 26 terminationes] uocales corr. terminationes B 30 libro om. P 35 repperitur P nam om. B 36 quod] quam corr. quod B

p. 2154—56 P.

p. 163. 64 L.

ipsum verbum a nomine tractum o finalem praecedente consonante non ad aliam nisi ad primam verborum pertinet coniugationem; idque manifestius apparebit, si per singulas uni cuique declinationum attributas terminationes exempla decurrant; nisi forte vel mere graecae sint, quae
 5 plerumque in nominibus || inventae propriis carent huius modi verbis, vel nisi aut a propriis Romanis aut etiam ab accidentibus derivatae nominibus corporalibus rerum vocabula significant incorporalium, ut eis merito supervacua videatur tractio verbi rem significantis, quam in nominis etiam ipsius pronuntiatione designabant. qualia sunt iustitia
 10 pigritia miseria clementia solertia inertia, longitudo latitudo fortitudo pulchritudo dulcedo acredo pinguedo, claritas severitas honestas libertas paupertas et similia, de quibus haud facile derivata verba reperies.

Ex prima itaque declinatione in a desinente terminatione nominum, maxime fixorum, verba veniunt ad primam coniugationem paene consonantibus universis praecedentibus, ut b turba turbo turbas, c spica spico
 15 spicas inspico inspicas, d praeda praedor praedaris, g fuga fugo fugas, l stilla stillo stillas, stipula stipulor stipularis, m spuma spumo spumas, n trutina trutino trutinas, machina machinor machinaris, pugna pugno pugnas, nundinae nundinor nundinaris, p culpa culpo culpas, q aqua
 20 aquor aquaris, r mora moror moraris, quadra quadro quadras, cura curo curas, s causa causor causaris, t rota roto rotas, multa multo multas, x rixa rixo rixas, lixa elixo elixas, v conviva convivor convivaris, ch baccha bacchor baccharis. |

Ex secunda similiter declinatione nominum per singulas terminationes
 25 tam ab accidentibus quam fixis derivantur verba omnibus consonantibus paene antecedentibus: ab accidentibus, ut b probus probo probas, c opacus opaco opacas, amicus amico amicas, d nudus nudo nudas, foedus foedo foedas, g vagus vagor vagaris, i pius pio pias, l solus desolo desolas, m firmus firmo firmas, infirmus infirmo infirmas, n sanus sano
 30 sanas, alienus alieno alienas, serenus sereno serenatas, unus adano adunas, hibernus hiberno hibernas, p crispus crispo crispas, q aequus aequo aequas, obliquus obliquo obliquas, propinquus propinquo propinquas, r ignarus || ignoro iguoras, s lassus lasso lassas, t latus dilato dilatas, laetus laetor laetaris, aptus apto aptas, sollicitus sollicito sollicitas,
 35 cruentus cruento cruentas, x latus laxo latus, v viduus viduo viduas,

1 tractum] tractum B 2 pertinere BP 6 Romanis om. B aut etiam nisi ab accidentibus P 11 dulcedo acredo pinguido P dulcedo acrido pinguido B 13 ex prima itaque declinatione t ex primae itaque declinatione B ex primae itaque declinationis P ex prima itaque declinationis f 15 ut est b P: b et reliquae litterae singulares omissae sunt in B spico spicas om. B 20 aquo aquas corr. aquor aquaris B 22 lixa lixo as t f 25 tam ab accidentibus t: ab om. BP 26 ab accidentibus om. BP ut est b P 27 amicus amico as mundus mundo as nudus nudo as t 29 m firmus — infirmas om. B 33 ignarus uaro (corr. uoro) ras B 34 aptus aptor taris sollicitus tor taris (corr. to tas) B

mutuus mutuor mutuaris: a fixis, c locus loco locas, fucus fuco fucas, graecus graecor graecaris, g vulgus vulgo vulgas, l stimulus stimulo stimulas, m fumus fumo fumas, n terminus termino terminas, annus perennio perennas, sonus sono sonas, r numerus numero numeras, v rivus dirivo dirivas, ch etiam graecum stomachus stomachor stomacharis: item a neutris um terminatis, b libum libo libas, l velum velo velas, colum percolo percolas, collum decollo decollas, peculium depeculor depecularis, m a plurali nomine quod est haec arma armo armas, n stagnum stagno stagnas, regnum regno regnas, signum signo signas, donum dono donas. in er quoque desinentia nomina secundae similiter declinationis faciunt verba, ut liber libero liberas, sacer sacro sacras, ager agri peragro peragras, integer integro integras, miser miseror miseraris [miserere potest etiam esse ab impersonali miseret], minister ministro ministras, satur saturi saturo saturas.

A tertiae quoque declinationis nominibus supra dictis exceptis omnibus observatis eodem modo fiunt derivationes verborum per singulas terminationes; in o, ut contio contionis contionor contionaris, ordo ordinis ordino ordinas, virgo virginis devirgino devirginas; in c quoque, ut lac lactis lacto lactas; in l, ut vigil vigilis vigilo vigilas, exul exulo exulas; in n, ut semen semino seminas, fulmen fulmino fulminas; in er quoque, verber verbero verberas, uber exubero exuberis, agger aggero aggeras, iter itero iteras; in or, labor laboro laboras, vapor vapore vaporas, memor memoro memoras, honor honoro honoras; in ur robor roboras, fur furor furaris, murmur [murmuro murmuris, augur auguris auguro auguras; in as quoque, nugas indeclinabile nugor nugaris, vas vadis vador vadaris; in es, aries arieto arietas, miles milito militas, comes comitor comitaris, sedes sedo sedas, locuples locupletis || locupletio locupletas, heres heredis exheredo exheredas; in is quoque turpis turpo turpas, tenuis tenuo tenuas, tristis contristor contristar, testis testor testaris; in os, os oris oro oras, ros roris roro roras, dos dotis doto dotas; in us, decus decoris decoro decoras, ulcus ulcero ulceras, pondus pondero ponderas, olus oleror oleraris, munus muneror muneraris; aes aeris adaero

1 fucus fuco fucas P Putschius focus suffoco cas B 5 4 humerus humero humeras P 5 ch (ch om. B) stomachus etiam graecum stomachor BP 7 percolas decolo decolas peculium depeculior depecularis a plurali nomine Q5 est haec arma m P depeculior aris a plurali nomine quod est haec arma t f depeculor aris a plurali nomine arma B 11 ut est r liber P 13 etiam om. B 15 exceptionibus omnibus observatis (corr. -tionibus) B 16 fiant] faciunt BP 17 in o ut concio t n contio P: in o om. B 20 in n ut semen t in n semen B n in n semen P flumen no nas B in r verber B n in er quoque verber P 21 agger aggero iter itero labor laboro vapor vaporas P. item in reliquis verbis a tertia declinatione derivatis interdum secundae personae omissae sunt in P 24 in ur om. P 25 indeclinabile G nugor P 26 vadis D vador P 27 comitaris D sedes P 30 dotas R in us P 32 holus holoror munus muneror aes aeris adaero adaeras D laus laudis laudo fraus fraudo C pax paco nex necis neco necas P bonus honero munus munero in aes aeris adaero laus laudo fraus fraudo pax paco nex neco B holus holoror aris munus muneror ris aes aereo as laus diano as fraus fraudo as in ax quoque ut pax paco as in ex ut nex neco as t

p. 2157. 58 P.

p. 165. 66 L.

adaeras; laus laudis laudo laudas, fraus fraudo fraudas; pax paco pacas;
 nex necis neco necas, vindex vindicis vindico vindicas, iudex iudico iu-
 dicas, remex remigo remigas, lex lego legas; radix eradico eradicas,
 cornix cornicor cornicaris; vox voco vocas, nox noctis pernocto perno-
 ctas; merx, mercis mercor mercaris; hiems hiemis hiemo hiemas; prae-
 ceptis praecipitis praecipito praecipitas.

A quarta etiam et quinta, aestus aestuo aestuas, fluctus fluctuo fluctuas,
 tumultus tumultuor tumultuaris, gelu gelo gelas; in es, ut rabies rabiei
 rabio rabias, macies macio macias, maceries macero maceras, luxuries
 luxurio luxurias, glacies glacio glacias. licet pauca sint harum duarum
 declinationum exempla, quia pleraque nomina quartae declinationis in-
 corporalium sunt rerum vocabula et ipsa magis a verbis derivata cogno-
 scuntur, ut visus nisus motus nutus; idemque potest etiam in quinta
 apprehendi, ut acies facies fides res.

Ex omnibus itaque supra scriptis exemplis manifeste monstratum est
 de nominibus facta verba primae esse coniugationis. hoc quoque idem
 e contrario potest observari, ut, siquid verbum nomini appositum con-
 sonante praecedente non sit primae coniugationis, non ex nomine dedu-
 ctum, sed nominis esse principium cognoscatur, ut scribo scribis scriba,
 advenio advenis advena, per[ugio] perfugis perfuga, molo molis mola,
 consulo consulis consul, vado vadis vadum et hic vas, mergo mergis haec
 merges mergitis, quiesco quiescis haec quies, caedo caedis haec caedes,
 luo luis haec lues, struo || struis haec strues, metuo metuis metus, tribuo
 tribuis tribus, parco parcis parcus, gradior graderis gradus, fido fidis
 fidus, pando pandis pandus, coco cocis cocus, ludo ludis ludus, curro
 curris currus, vivo vivis vivus; et reliqua verba, quae sunt enumerata,
 cum monstrabantur nomina, quae de indicativo praesentis temporis ver-
 borum derivata non generalibus clausulis terminata nec in multis adeo
 nominibus inventa probantur, quia omnia verba quae non sunt primae
 coniugationis, quamvis adhaerent nominibus, non ab illis duci monstnan-
 tur, sed e contrario nominum esse primordia. formido quoque formidas
 et caligo caligas et propago propagas et palpo palpas et indago indagas
 verba, licet primae sunt coniugationis et habent adhaerentia sibi nomina
 formido caligo propago palpo indago, tamen, quia non respondent sylla-
 bis genitivi nominum, merito mihi videntur magis nomina de verbo tulisse,
 quam de nominibus ipsa traducta. nam et siquis velit attendere perspi-

4 nox noctis] pernox B 5 mercaris M hiems P 7 etiam] enim P 9 macies
 macio as maceries macerio luxuries luxurio P macies macio vel macero luxuries luxu-
 rio B 11 plerumque P 13 nutus] risus P itemque P 14 comprehendi P
 17 siquid verbum nomini appositum (obpositum corr. app. B) Bf siquid verbum
 nomini simile P siquid simile verbum nomini appositum t 19 cognoscatur om. B
 21 vadum et om. B 25 coco cocus P coquo coqus (corr. -quus) B 28 ter-
 minantia P 29 quae omnia verba quia non sunt s 31 e contrario possunt no-
 minum P formidas, caligas, propagas om. BP 32 indagor indagaris P 36
 ipsa producta BP etiam ipsa traducta t ipsa deducta esse f

cacius, artis subtilitatem mirabitur, quae coniugationum distinguens confusionem a positione verborum traducta verbalia nomina, paucissima quidem et ea ipsa vix in duabus aut tribus terminationibus ex prima, ex aliarum vero coniugationum verbis multa et a pluribus clausulis progenuit nomina. et ceterarum quidem coniugationum praesens indicativum, quia 5 nominum traductiones in verbi finalitatem non suscipit, et maxime tertiae, indifferenter multa de se nomina facere non prohibuit. primae vero coniugationis positio, quia multas nominum suscipit ab omnibus tam declinationibus quam clausulis traductiones in verbo, merito de se nomina non adeo concessit proferre. secunda enim et quarta licet interdum a 10 nominibus derivata verba suscipiunt, tamen de genitivo nominum per incrementa syllabarum, quibus utraque coniugatio cognoscitur, id est per eo secunda, per io quarta, derivata carent huius modi confusione. unde potest etiam illa quaestio solvi ||, quam quidam ex supervacuo proponunt dubitantes, ea verba, quae superius a singulis tam declinationibus quam 15 finalitatibus nominum derivata primae coniugationis esse monstravimus, utrum verba de nominibus, an nomina de verbis procreantur. nam si de verbis essent nomina, non diversas et quasi singulares ex uno fine verborum haberent clausulas, sed, sicut participia vel nomina verbalia, deberent eodem modo plura sub una eademque terminatione finire, quod 20 e contrario cernitur. nominum enim de verbi positione traductorum absque paucis generalibus, quas superius ostendimus, reliquas speciales et tam clausulis quam declinationibus diversas et in rarioribus exemplis inventas terminationes, verborum vero de nominibus factorum et generales finalitates et ad unam tantum pertinentes coniugationem et in exem- 25 plis innumerabilibus apparentes videmus. ex eo quoque, quod uniformiter et sibi congrue ab omni terminatione nominum plura verba consonantibus praecedentibus traducta primae sunt solius coniugationis syllabarum etiam genitivi rationem et in verbo servantia, manifestissime probantur verba de nominibus esse traducta. ut enim feminina nomina masculinis 30 adhaerentia et ab illis gigni dicuntur et pares eis semper habere syllabas coguntur, ut ater atri atra, tener teneri tenera, longus longi longa, arduus ardui ardua, sic haec verba de nominibus fieri dicimus, quod genitivorum syllabis positio verbi respondet, ut sacer sacri sacro sacras, liber liberi libero liberas, vigil vigilis vigilo vigilas, semen seminis semino 35 seminas, memor memoris memoro memoras, miles militis milito militas,

1 quae] quia P 2 verbalia BP 3 et (ex add. al. m.) aliarum P 5 praesens praesens indicativum P 6 nominum multas traductiones t5 maxime e tertia BP maxime a tertia t5 7 indesinenter (superscr. al. m. vel indifferenter) multa de se nomina facere non prohibuit t indesinenter non prohibuit P indesinenter non B indifferenter non prohibuit multa de se nomina facere s 13 derivatae B5 14 quaestio solui sola P praeposunt B 19 sicut om. B verbalia BP 23 divisas B 26 ex eo quoque quod f5 ex eo quoque quia t ex (superscr. eo) quae quod B ex eo quod P 34 respondet t5 responderet BP 36 seminas sic et memor P

p. 2159. 60 P.

p. 167. 68 L.

iudex iudicis iudico iudicas, manceps mancipis mancipio mancipas. et sic semper ex certis et manifestis incerta regulantur et ambigua; nemoque dubitat, quod priora prorsus a verbis sunt nomina, in quibus naturaliter substantia nominis antecedit actum qui spectatur in verbis.

5 Exempli causa de multis libet proferre || pauca, ut esca inesco inescas, unda inundo inundas, pax pacis paco pacas, radix eradico eradicas, piscis piscor piscaris, cor cordis concordo discordo recordor, odor odoror odoraris, Horatius in epodo

proiectum odoraris cibum:

10 radius radio radias, humus humo humas, fumus fumo fumas, contio contionor, limen elimino, cacumen cacumino, 'summasque cacuminat aures' Ovidius metamorphoseon libro I: rumen ruminis rumino,

ilice sub nigra pallentes ruminat herbas

Virgilius in bucolico: aurum inaurum inauras, Horatius in epistularum libro I

15 ut te

confestim largus fortunae rivus inaret:

scortum scortor scortaris, gurgis gurgitis ingurgito, Cicero in Pisonem 'numquam te in tot flagitia ingurgitasses'. cras adverbium, crastinus nomen, et ab eo verbum procrastino; dies nomen, perendie

20 adverbium, comperendino verbum. praeterea de verbis etiam derivata verba consonante praecedente primae semper sunt, ut omnis frequentativa forma. nec ad aliam potest huiusce modi verborum derivatio venire coniugationem, nisi forte incidat in clausulam, iam ante cuidam coniugationi generaliter deputatam, ut in urio desinentia meditativa esse quartae

25 facit ipsa formae finalitas et inchoativa tertiae; etiamque in sco desinentia perfecta, si tamen non sint a nominibus, quasi in possessionem tertiae solius concesserunt. singulisque formis derivativorum verborum singulas accipere coactis ad differentiam sui coniugationes iure meditativa quidem quartam in io terminatione meruerunt, sicut in eo desinentia,

30 sive primitiva sive derivativa sint, solam secundam etiam in forma perfecta habent; frequentativa vero et inchoativa, carentia vocali ante o, primam et tertiam invicem necessario sortiuntur; meritoque utraque forma derivativorum ad eam maxime venit coniugationem, in qua suae finalitatis

3 quod priora verbis sunt quaedam nomina Bt 4 expectatur B expectatur P
5 libet] licet B5 ut est aescia inaesco inaesceas P 8 in epodo] 6, 10 12
metam. libro I] III 195 14 in bucolico] 6, 54 epist. libro I] 12, 9 16 largus t
fortunae rivus] imber B 17 in pisone P: 18, 42 18 in] int, h. e.
inter P 19 procrastino] crastino B dies item perendie BP dies nomen item
perendie t dies item nomen perendie f 20 de adverbis P 21 ut] et P: et omnia
frequentativae formae 23 incedat P iam ante (superscr. dictam) cuidam coniuga-
tionum B iam ante dictam cuidam coniugationum P iam ante cuidam coniugationem t
24 meditativa quartae coniugationis esse facit ipsa forma finalitatis t meditativa fore
quartae facit ipsa formae finalitas P meditativa quartae q (superscr. solius) facit ipsa
forma finalitatem (corr. formae finalitas) B 25 et inchoativa esse tertiae P 28
coactas P 30 sint] essent BP solam coniugationem secundam P 31 habent t
habeant BP carentes P

inveniebat etiam primitiva. et sic alias similiter traductiones || verborum antecedente consonante prima sibi tantum coniugatio vindicat, seu a verbis seu a nominibus veniant. qualia sunt in eo vel in to vel in lo vel in ciuor vel in cito vel etiam in alias quasdam terminationes desinentia. in quibus etiam illud est observandum, quod per earum ipsarum clausu-⁵ larum incrementa derivatio verbi solet provenire, ut vello vellis vellico, fodio fodis fodico, nutrio nutrico, albus albi albico, claudus claudico, faber fabrico, alter altercor, communico frondico debilito nobilito oscito periclitor ventilo pullulo gratulor latrocinor febricito; parique modo etiam commissor sarcino [opem tuli] opitulator, praesto praestolor. in go quo-¹⁰ que desinentia i brevi antecedente, ut navigo remigo litigo mitigo fumigo, sive a nominibus figurantur in verba, sive inest eis verbi quod est ago quaedam compositio, quia cum nomine componuntur, ad primam iure perveniunt coniugationem. eodem modo etiam ab adverbio intus vel intro verbum fit intro intras, et a penitus item penetro, et ab eo quod est¹⁵ temere temero temeras. |

Et ne diutius isdem rationibus inmerer (tempus enim me citius quam exempla deficient), si omnes huius modi traductiones verborum primae solius coniugationis existant, sic esse potest aliquis contentiosus, ut non alia quoque verba, quibus adhaerent nomina, si primae non sint coniu-²⁰ gationis, fateatur de nominibus esse traducta. ut totam igitur regulam recolligere videar, illud etiam addam supra dictis, quod, a quacumque declinatione nominum traductum sit verbum, siquidem in eo desinat, eius est coniugationis, cuius et alia sunt in eo desinentia, quae primitiva sunt et a nulla deducuntur origine, id est secundae solius coniugationis, ut²⁵ canus cani caneo, calles callis calleo, flos floris floreo, lux lucis luceo, frons frondis frondeo, census census censeo. in uo || vero principalia quidem tertiae solius inveniuntur, ut inbuo acuo induo arguo luo nuo spuo ruo suo, futuo statuo. vacuo autem viduo insinuo tenuo fluctuo aestuo mutuor tumultuor infatuo, quia ex nominibus vacuus viduus sinus tenuis³⁰ fluctus aestus mutuus tumultus fatuus derivata sunt, iure sibi prima vindicat coniugatio. nam tribus et metus et lues et strues magis ipsa deducuntur a verbis tribuo metuo luo struo, quam faciunt verba. si autem

3 in to vel in lo] in ito uel in lo uel in lor P 5 ipsarum om. B 7 fodio dis eo cas uel fido dis fidico nutrio eo albus albico claudus claudico faber fabrico alter altercor communis eo frondis frondico debilis debilito nobilis nobilito oscis oscito periculum periclitor uentus uentilo pullus pullulo gratus gratulor t 8 altercor P 10 sarcino opem tuli opitulator praesto praestolor B sarcinor opem tuli opitulator praesto praestito praestolor praeco praecito P farcino opitulator praesto praestulor t 12 eis uerbis (superscr. quaedam compositio) ab eo uerbo quod est ago compositio B est ab ago P 13 cum a nomine P iure ueniunt B 14 coniugationem solius eodem P 15 a om. BP 17 in hisdem B 18 deficiunt B 19 solius t solum BP 21 diducta B 25 secundae sunt solius P 29 fatuo statuo P futuo superscr. statuo B 30 tumultuor infatuo t tumultuor infatuor P infatuo tumultuor B 31 fatuus tumultus B

p. 2162. 63 P.

p. 169. 70 L.

in io desinat, tum considerabimus: et siquidem nomen ei appositum habeat ultra duas syllabas et paenultimam in i desinentem sequente vocali, secundum datas in ante dictis observationes primae erit coniugationis; hoc autem non consecuto verbum in io desinens a nomine derivatum, a quacumque venerit declinatione, paucis illis exceptis, quae superius ad tertiam pertinentia notavimus, quartae erit sine dubio coniugationis, cuius etiam primitiva sunt in io desinentia. idque his confirmatur exemplis: a prima quidem declinatione bulla ebullio, poena punio; a secunda superbus superbio, blandus blandior, largus largior, insanus insanio, murus murio et munio (sive a nomine quod est moenia moenio et munio), saevus saevio, servus servio, lascivus lascivio; hisque similiter a nomine balbus verbum fit balbutio, licet non servavit omnem observationem clausulae; a tertia quoque rete retis inretior, pes pedis impedio, moles molis molior, mollis mollio, stabilis stabilio, finis finio, inanis exinanio, insignis insignio, saepes saepio, sitis sitio, vestis vestio, custos custodio, mens mentior, pars partior, sors sortior; a quarta item gestus gestio. notatur crux crucio crucias, cum carens observationibus primae debuit esse quartae coniugationis. calcio enim calcias non a calx calcis, sed a calcius derivatum, quia paenultima non infertur consonans, iure videtur esse primae coniugationis. consonante vero praecedente semper verba de nominibus derivata praedictis || modis primae sunt solius coniugationis. adeoque vera videtur esse observatio clausularum, quod ex una terminatione nominis duae verbi factae derivationes diversam pro qualitate finalitatis coniugationem meruerunt: ut ab eo quod est meta metor quidem metaris primae est coniugationis, metior metiris quartae; servus servo servas primae, servio autem servis, quod in io desinit, quartae est; et a sanus sano quidem sanas primae, insanio autem insanis quartae fit; et ab eo quod est aptus apto aptas fit verbum, ab eo autem quod est ex eo compositum nomen ineptus ineptio ineptis verbum fit. ut enim in io desinentia verba, nisi habeant adhaerentia nomina trisyllaba i paenultimam puram habentia, primae esse coniugationis non possunt, sed ad quartam perveniunt, paucis illis exceptis, quae sola sibi tertia vindicat; sic quacumque consonante antecedente ex nominibus facta verba, siquidem servent consonantem nominis, primae sunt coniugationis.

1 considerabimus ut si nomen ei (ei om. B) quidem habeat appositum ultra BP considerabimus utrum nomen quidem habeat appositum ultra f 3 uocali et secundum f 5 venerit] uenit P 11 hisque] sicque P itemque t 12 fit] est P non observavit corr. non servavit B non observat P 14 impedio] impediatur P t 16 item] autem P 17 cum careat P 18 calcius] calcens B 25 metor metaris primae est coniugationis metior quidem metiris quartae P metor quidem metaris primae est metior iris quartae est coniugationis B 28 quarta fit P sit, superscr. quartae B ab eo autem quod est ex eo 5 quod autem est ex eo P quod est ex eo fit corr. ab eo autem quod est ex eo B 30 nomina non minus trisyllaba 5 nomina non minus trisyllabis f 33 antecedente consonante B ex nominibus facta uerba 5 nomina ex se facientia uerba BP

gationis. i vero quam non habuit nomen in verbo addentia respuuntur a prima coniugatione et ad quartam plerumque redeunt et una syllaba crescunt a genitivo nominis, ut punio superbio custodio gestio ineptio; quod in verbis primae coniugationis a nominibus deductis non solet evenire. nam positio verbi, sive quaelibet consonans sit ante o sive i vocalis, a quacumque nominis veniat terminatione, syllabas solet genitivi nominis servare, ut turba turbae turbo turbas, nuntius nuntii nuntio nuntias, ulcus ulceris ulcero ulceras, spes spei spero speras. tantum quartae declinationis nomina parem nominativo genitivum habentia vincunt verba ab eisdem nominibus derivata et, ut u non amittant, crescunt una syllaba, ut fluctus fluctuo, aestus aestuo, tumultus tumultuo, sinus sinuo et insinuo. e quoque ante o habentia derivata verba, quae iure secundam coniugationem sequuntur, una syllaba genitivum nominis vincunt, ut aeger aegri aegreo, miser misereor, census censo. eademque diversitas clausularum differentiam coniugationum etiam [a terminatione nominum] in secunda solet facere coniugatione, ut a nomine venientia verba, siquidem non in eo desinant, primae sint coniugationis, in eo vero desinentia modis omnibus ad secundam perveniant, ut albo albas et albo albes, ut Virgilius Aeneidos libro XII 'campique ingentes ossibus albes: durus duro duras et dureo dures, unde duresco, densus denso densas et den- seo denses; miser quoque miseri miseror miseraris primae, misereor vero secundae. sicut in aliis quoque verbis primitivis idem evenit, quae in eo quidem desinentia secundae coniugationis sunt, e autem carentia tertiae sunt, ut ferveo ferves et ferveo fervis, unde Virgilius in octavo libro 'fervere Leucaten' dixit: strido stridis, ut Virgilius georgicon libro III 'stridere apes utero', strideo strides, ut Lucanus sexto libro

auribus incertum feralis strideat umbra:

tueor et tuor, quod apud Statium in libro III legimus,

hosne ego complexus genitrix, haec oscula nati

vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit;

ex quo compositum etiam intuo idem in eodem libro dixit,

armigeras summi Iovis exultante caterva

3 ineptio] impedio B 9 habentia nominis vincunt P vincunt — derivata et om. Bf 10 crescunt in verbis una Pf 15 differentiam coniugationum a nomine venientium etiam in secunda solet facere coniugatione t differentiam coniugationum e (superscr. a nomine) venientium solet facere B 17 sint] sunt BP 18 perveniant BP 19 libro XI BP: Verg. Aen. XII 36. cf. Priscian. l. VIII p. 397, 7 24 in octavo libro] v. 677 25 leucaten corr. leocaten B georg. libro III] v. 556 26 utero] At vero P libro om. P: Lucan. Phars. VI 623. cf. Prisc. l. VIII p. 443, 24. l. IX p. 479, 22. l. X p. 521, 7 27 ferali P 28 tueor et tuor] et tueor BP apud Statium in libro III] v. 151 legimus ut hosne ego f legimus ut hosne ego corr. legimus vel hosne ego B legimus non ego Pt 30 si quos corr. sic vos B sic quos Pf si quos t extrema corr. -mo B 31 in eodem libro] III 532 32 armigeras t exultante catervas s exultantes catervas Bt saltantesque catervas P

p. 2164. 65 P.

p. 171-73 L.

intuor, Inachii sunt hi tibi, concipe, reges:
idem etiam aliud ab eo compositum in VIII libro Thebaidos extulit, con-
tuor, ut

namque modo infensos utero mihi contuor enses. |

- 5 Sola itaque prima coniugatio syllabas genitivorum nominis custodire
solet in verbi traductione, notatis illis paucis terminationibus in eo vel in
to vel in lo vel in cinor vel in cito vel in uo a quarta declinatione tra-
ductis [et in io a quinta], et siquae sunt tales derivationes, quas quasi
praeter aliarum morem crescentes superius observavimus; illo quoque ge-
10 neraliter, ut omnis ambiguitas tollatur, addendo, || quod, licet duplex sit
terminatio latinorum in positione verborum, id est aut o aut or indicativo
praesenti desinens, absque corruptis, quae regulis analogiae carent, ut
sum es est, possum prosum edo et similibus, sciendum est in or quidem
desinentia verba, si passiva sint, suorum activorum coniugationem servare,
15 id est, siue vocalis seu consonans sit ante o, addita r littera non muta-
tur coniugatio, si permaneat eadem verbi significatio, ut curo curor, do-
ceo doceor, scribo scribor, audio audior; mutato vero genere vel signi-
ficatione verbi, licet nihil aliud nisi r adsumat, tamen non observat ean-
dem coniugationem, ut sperno spernis spernor sperneris, aspernor deponens
20 aspernaris; conspicio conspicias aspicio aspicias conspicio conspicias aspi-
cior aspiceris, conspicio deponens conspicias; sterno sternis sternor
sterneris, consternor autem deponens consternaris; facio neutrum, grati-
ficor gratificaris, ludificor ludificaris; sentio item sentis, adsentor deponens
adsentaris; gero geris, morigeror morigeraris. et e quidem habentia ante
25 or secundae sunt coniugationis, ceu ante dictum est, ut liceor polliceor
medeor reor mereor misereor vereor fateor tuor, et quae ex his singu-
lis componuntur. i autem ante or habentia observationibus primae carentia
coguntur ad quartam venire coniugationem, ut amicio blandior ordior
largior molior opperor metior sortior partior adsentior, exceptis gradior
30 et morior et patior, quae tertiae sunt correptae solius. orior autem et
potior tam tertiae quam quartae quosdam motus habent. in uor quoque
desinentia primitiva tertiae sunt, ut fruor frueris liquor liqueris, loquor
loqueris, sequor sequeris. quorum posteriora ad consonantium regulam
pertinere videntur et in cor desinentium verborum habere praeteritum,
35 ut locutus sum, secutus sum. consonantibus vero solis antecedentibus in

1 inachii sunt (*superscr.* hi *corr.* in *marg.* qui) tibi B inachis sunt tibi t inachis

gessidem
sunt hi tibi f conciperegressos idem B concipe reges gessidem regio idem P concipere reges idem tf 2 in VII libro P: Stat. Achill. I 131. cf. Prisc. I. VIII p. 444, 12 4 utroque corr. utrosque B utroque t enses] esse B 7 vel in lo vel in cinor om. B 8 et in io a quinta om. B t 9 aliarum f aliorum corr. aliarum B aliorum Pt 18 nisi r tantum adsumat non observat B 19 coniugationem] significationem P spernis om. BP 28 blandior largior ordior languor mollior operior P 29 partior om. P adsentior om. B 35 secutus sum et reliqua P

or desinentia, si passiva || non sint nec deriventur ab activis, ut illorum sequantur coniugationes, sive deponentia sint seu communia, uniformis illa regula vindicat ut primae tantum modo sint ipsa quoque coniugationis observationem secuta generalem, quia pleraque sunt a nominibus derivata, ut precor vador vagor suffragor [gratior] negotior auxilior opi-⁵ tulator gratulor racemor rimor peregrinor dignor aucupor aquor miror adversor testor convivor rixor et similia: exceptis paucis, quae sunt tertiae correptae, ut labor fungor sequor liquor loquor queror revertor utor nitor, et quae ab his singulis componuntur, quae ideo excepta iure sunt tertiae coniugationis verborum, quia nullam videntur originis nominum¹⁰ occasionem monstrare (idemque hoc etiam in superius relatis, id est in ior vel in uor desinentibus verbis, observari potest, quod ad tertiam illa pertinent coniugationem, quae quasi primitiva nominum carent communione, ut gradior morior patior orior potior fruor liquor sequor exsequor; a nominibus derivata i quidem paenultimam puram habentibus primae¹⁵ sunt, hoc autem privata quartae coniugationi necessario deputantur, quod et in io desinentibus verbis, id est activis vel neutralibus, fieri praediximus, paucis illis superius notatis ad tertiam redeuntibus primitivis): exceptis etiam in cor desinentibus communibus vel deponentibus as vel es vel is ante cor habentibus, quae, sive primitiva sint seu derivativa, solius²⁰ tertiae sunt, ut nascor irascor vescor ulciscor nanciscor paciscor expergiscor comminiscor adipiscor vel antequae apiscor obliviscor; meritoque haec quoque verba, licet quaedam ex his derivata sunt a nominibus, tertiam coniugationem non effugerunt, quae unam in sco terminationem tam in derivativis, quae formae sunt inchoativae, quam in || primitivis,²⁵ quae formae sunt perfectae, sola possidet. semelque hoc generaliter est observandum, quod in io seu in ior desinentia verba vel primae sunt tantum derivativa, vel quartae tam primitiva quam derivativa, sed observatione primae coniugationis carentia; consonantem vero ante o vel or habentia verba prima quidem coniugatio, quamvis plerumque derivativa,³⁰ tamen habet interdum et primitiva. tertia vero absque in sco desinentibus inchoativis et communibus vel deponentibus in scor desinentibus, in quibus solis terminationibus habet derivativa, in omnibus reliquis finalitibus non facile derivativa, sed primitiva tantum verba habere reperi-

5 ut precor preces uador vas uagor suffragor gratulor negotior negotium gratior gratia auxilior auxilium opitulator racemor P gratior corr. gratulor B grator f gratulor t 6 gratulor racemor om. Bt f peregrinor moror dignor t aucupor aquor om. Bt f 7 testor testificor et similia B testificor et similia t f 10 quia non ullam P 14 exsequor nominibus derivata P exsequor ex nominibus autem derivata t 15 penultimam puram habentia BP penultimam nominis puram habentia s 22 adaeipiscor uel (superscr. antiqui) indeipiscor B adipiscor uelut antiqui apiscor t 27 uel primae sint tantum derivata P uel primae sunt cum sint tantum derivativa Bt 30 coniugatio (sibi add. t) uendicat quamvis Bt 34 non facile habet derivativa sed primitiva tantum uerba habere solet sed P

p. 2167. 68 P.

p. 174. 75 L.

tur. sed quia in omnibus iam ante dictis sunt tam primitiva, de quibus aliquid potest ignorari, quam derivativa, quorum dubia est originitio, nequid restet ambigui, placet etiam specialiter || singulas terminationes verborum scrutari. quoniam autem de verbis in eo vel in eor vel in io vel
 5 in ior vel in uo vel in uor desinentibus iam ante dictis nihil, ut opinor, addi potest, nisi hoc, quod nec secunda, quae semper in eo desinit, verbum potest habere disyllabum absque neo nes net verbo, quod nevi facit in praeterito, et fleo fles flet (unde et beo creo screo meo, licet in eo desinentia secundae deberent esse, tamen primae sunt; eo quoque et queo
 10 quartae sunt coniugationis), nec in io desinentia, cuiuscumque sint coniugationis, minus tribus esse syllabis possunt, notatis primae quidem hio hias et pio pias, quartae vero fio fis, scio scis, et interdum cio cis, unde componitur excio excis excire, quod et cieo secundae coniugationis invenitur; reliquas terminationes verborum consonantibus praecedentibus per
 15 ordinem in sequenti tamen libello contemplabimur. |

LIBER II

DE FINALITATIBVS

Omnia in bo vel in bor desinentia verba quacumque vocali seu consonante praecedente primae sunt coniugationis, ut libo libas, probo probas, orbo orbas, titubo titubas, cubo cubas, excubo excubas, subo subas,
 20 Horatius in epodo 'iamque subando'. excipiuntur pauca quae ad tertiam correptam perveniunt coniugationem. a quidem antecedente longa unum deponens invenitur, lābor lāberis, unde 'labitur uncta vadis abies' apud Virgilium VIII libro Aeneidos legimus, a quo et || participium
 25 lapsus fit; quamvis sub eodem sensu etiam primae coniugationis activum vel neutrum invenitur antecedente a, sed brevi, ut lābo lābas lābat, unde in II libro Aeneidos Virgilius dixit 'labat ariete crebro ianua'. scaberet etiam, quod tertiae personae imperfecti temporis subiunctivi modi quandam speciem servans apud Horatium in I libro sermonum re-
 30 peritur, ut

saepe caput scaberet vivos et roderet ungues,
 notamus quasi tertiae coniugationis, licet nullum eius alium motum apud

1 tam primitiva verba — quam derivativa verba P 5 vel in uo vel in uor
 om. P 7 absque neo nes net verbo quod neui faciat in praeterito et fleo et geo
 unde beo et creo screo meo P absque neo nes net et fleo fles flet verbo quod neui et
 fleti fecerant (corr. facit) in praeterito unde et beo creo meo B 9 esse sed tamen
 P 13 excire om. B 15 tamen superscr. in B, om. t contemplabimur FINIT
 LIBER. I. DE DISCERNENDIS CONIUGATIONIBUS, INCIP. II. DE FINALITATIBUS P contemplabimur
 explicat lib. I. incipit. II. B 21 in epodo] 12, 11 iamque subando refert t
 24 libro aeneidos octavo P: v. 91 27 in II libro Aen.] v. 492 virgilius dixit
 Custodes sufferre valent labat ariete crebro ianua t 29 in I libro serm.] 10, 79 (71)
 32 notamus etiam quasi P

aliquem inveniri cognovimus, nisi infinitivum || scabere apud Menippeum Varronem in Catamito; quod venire a positione verbi quod est scabio vel scabo, unde scabies nomen est derivatum, et verisimile potest existimari. i vero antecedente haec tantum sunt tertiae coniugationis, brevi quidem ut bibo bibis, longa vero ut scribo scribis. item u vocali longa antecedente unum est tertiae coniugationis, ut nubo nubis; in vero consonante antecedente duo sunt, ut lambo lambis, unde Virgilius II libro Aeneidos dixit 'lambere flamma comas', et a verbo cumbo, quod simplex in usu non est, composita, incumbo incumbis, procumbo procumbis, | accumbo accumbis, succumbo succumbis, quorum primum sine m 10 enuntiatur tamque simplex quam compositum sine m prolatum primae coniugationis est, ut cubo cubas, incubo incubas, procubo procubas, excubo excubas.

In eo desinentia verba primitiva seu derivativa quacunque vocali antecedente primae sunt coniugationis, ut placo placas, vaco vacas, neco 15 necas, seco plico mico dimico emico frico dico paenultima brevi, cuius futurum in I libro Aeneidos Virgilius posuit,

conubio iungam stabili propriamque dicabo,
unde dedico indico abduco componuntur: albico item albicas, Horatius carminum libro I

nec prata canis albicant pruinis:
vellico vellicas, idem sermonum libro I 'vellicat absentem Demetrius': claudico claudicas, vindico vindicas, duplico duplicas, eradico 20 eradicas, Terentius in Andria

di te eradicent, ita me miseram territas:
mendico mendicas, suffoco suffocas, loco locas, voco vocas, quod paenultima nominis longam in verbo corripuit. notantur tertiae coniugationis coco cocis et quae ab eo componuntur, decoco percoco incoco. cui verbo licet nomen adhaeret cocus, tamen non ab eo verbum, sed a verbo 30 nomen deduci monstratum in supra dictis sufficienter existimo. excipiuntur pauca etiam, quae tertiae sunt coniugationis differentiae causa: i quidem vocali longa antecedente, dico dicis, id est narro, ut distet || ab eo cui brevis i antecedit et sensu et coniugatione et tempore. unde merito suis respondent primitivis ab utroque composita, ut [edico edicis] praedico praedicis longitudinem primitivi servans tertiae est coniugationis, 35

1 inveniri t interim BP interim inveniri f menippeum] memphum t memphium
f 2 in camito Btf 7 uirg. lib. V aeneidos B: Aen. II 684 9 cumbo] cf. Prisc.
l. X p. 507, 3 11 enuntiatur tamque simplex B enuntiatur tamque simplex P nuntiatur
tam simplex t 13 excubo excubas om. P 15 uoco uocas P 16 breui s
brevis BP 17 ut conubio P: Verg. Aen. I 73 20 carm. libro I] 4, 4: cf. Prisc.
l. VIII p. 397, 10. 432, 1 21 nec] haec Btf 22 idem] item BP serm. libro I]
10, 87 (79) demetrius Ptf 24 in Andria] III 4, 22 25 di te eradicant tamen
miseram territam P te eradicant ita me miseram territam t eradicant me tam miseram
territamque f miserum B 27 notantur tf notatur BP 34 ab utraque P

p. 2170. 71 P.

p. 176. 77 L.

praeteritum perfectum tempus in xi faciens, ut praedixi, quando quod graece *προλέγω* monstrat; praedico autem praedicas item brevitatem primitivi servans primae est, praeteritum perfectum tempus in avi faciens, ut praedicavi, cum quod graece *κηρύσσω* significat. et indico tam indicis longa i antecedente, ut apud Virgilium libro I Aeneidos 'et divum templis indicit honorem', apud eundem libro VII

hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus,

ex quo perfectum indixi fit, ut Lucanus libro II | 'indixitque nefas'; quam indicas, ut apud Horatium carminum libro I

10 me tabula sacer

votiva paries indicat uvida

suspendisse potenti

vestimenta maris deo,

et apud Ovidium in XI libro metamorphoseon

15 omnia servavit, lapidis color indicat illud,

apud eundem in XV

cornua fronte gerit, quem vobis indicat auctor;

ex quo perfectum fit indicavi. duco quoque u longa antecedente tam in simplici quam in omnibus compositionibus tertiae coniugationis est, ut abduco abducis, adduco adducis, subduco subducis, induco inducis, educo educis, id est extraho. in una tantum compositione educo u brevi proferitur differentiae causa, significans nutrio, et tum solum primae est coniugationis, ut apud Virgilium in libro X

quattuor hic iuvenes, totidem quos educat Vfers.

25 tamen videtur educo educas verbum rationabilius a nomine verbali, quod est dux ducis, derivatum iure primae esse coniugationis, ut tempus etiam nominis in paenultima verbi servatum significat.

Consonante quoque quacumque absque s antecedente in co finita |, verba primae sunt coniugationis, ut pecco peccas, calco calcas, sulco sulcas, mulco mulcas, trunco truncas, Lucanus in libro VI 'caesorum truncare cadavera regum', ex quo componitur obtrunco obtruncas. sic etiam verbum inesco inescas, quod Terentius in Adelphis ponit, 'nescis inescare homines, Sannio', primae est coniugationis, licet

5 libro primo tecta simul diuum templis indicat honorem t: Aen. I 632 6 libro VII] v. 616 7 latinis P 8 Lucanus libro II] v. 4 9 ut] et P carm. libro I] 5, 13 11 uvida al. man. superscr. in B uinida t uiuldo Pf 13 uestimenta deo maris P maris deo uestimenta t 14 in XI libro met.] v. 405 15 et illud corr. illum B 16 in XV] in XII Btf in duodecimo P: v. 596 17 geritq. corr. gerit quem B gerit quae s vobis ille indicat auctor B acton, h. e. actorum t 20 educo eis id est extraho in una t educo educis id est extraho Extra haec in una P educo inde educis ex (corr. extra) hoc in una B 23 in libro X] v. 518 25 uerbiali BP 30 Lucanus in libro VI] v. 584 caesorum bello truncare s: cesorum truncare cepit cadauera regum f 32 inesco inescas P in Adelphis] II 2, 12 33 nescis inescare P inescare, superscr. al. man. nescis B Sannio s insanio B sane Ptf

s habeat ante co; quod a nomine esca deductum tam nominis servavit scripturam in verbo, quam regulam a nomine derivatorum verborum. notantur tertiae vinco vincis et ab eo composita, convinco convincis, devinco devincis; parco quoque, quod solum r ante co habens est tertiae coniugationis. s vero antecedente, siquidem sint inchoativa, tertiae sunt sine dubio, ceu praedictum est, coniugationis, ut horresco tepesco calesco erubesco. | quae non solum a verbis secundae coniugationis, sed etiam a labo labas, quod est primae coniugationis, labasco et, licet raro, a nominibus etiam derivata inveniuntur, ut vesperasco iuvenesco glisco. et si non sint inchoativa [s ante co habentia], si tamen non a nominibus deriventur, tertiae sunt similiter, ut pascio pascis pavi, cresco crescis crevi, compesco compescis compescui, disco discis didici, adsuesco adsuevi, posco poposci, quiesco quievi, unde nomen derivatum quies quietis inquieto inquietas verbum primae coniugationis facit, rationabiliter syllabis genitivi nominis respondens. praedicta autem verba non esse inchoativa praeteritum perfectum tempus ostendit. inesco vero inescas, ut nec inchoativum nec primitivum, sed a nomine esca deductum, iure primae coniugationis est. in cor desinentia, cuiuscumque sint generis vel significationis, nisi as vel es vel is ante cor inveniatur, primae sunt coniugationis quacumque vocali seu consonante antecedente, ut precor pre-
 20 ris, suspicor suspicaris, ludificor ludificaris, iocor iocaris, mercor mercaris, graecor graecaris, Horatius in sermonum libro II 'vel si Romana fatiget militia adsuetum graecari'. bacchor quoque baccharis, ut Virgilius Aeneidos libro III

bacchatur qualis commotis excita sacris ||

25

thyas,

et stomachor stomacharis, ut Terentius in Eunuchio

id equidem adveniens mecum stomachabar modo, licet in chor aspiratum desinunt, ut a nominibus baccha stomachus derivata, tamen huic regulae sunt inputata et ad primam iure perveniunt
 30 coniugationem. as autem vel es vel is ante cor inventa, etiamsi a nominibus deducantur, sine dubio tertiae sunt, ut dictum est, coniugationis, ut nascor irascor vescor ulciscor nanciscor paciscor comminiscor adipiscor obliviscor expergiscor. |

1 quod a nomine f quod quia a nomine P quia a nomine Bt aesca P 2 derivativorum P 6 cauesco P 7 sed etiam (superscr. a uerbis primae coniugationis ut) labo labas quod est primae labasco B sed etiam a labo as quod est primae labesco t 9 iuvenisco P et si non sint (superscr. a uerbis) tamen inchoativa (superscr. sunt) s ante co habentia si non a nominibus derivantur B et si non sunt (corr. sint) tamen inchoativa s ante co habentia si non a uerbis sint sed a nominibus derivantur P 16 inaesco uero inaesca P 22 in serm. libro II] 2, 10 uelut si P 24 Aen. libro III] v. 401 27 est stomachor P est et stomachor B in eunu (superscr. idem) equidem B in eunuchio inde quidem tf: Eun. II 3, 32 28 stomachabatur P 30 perveniunt Pf pertinent Bt 34 adaepiscor B

p. 2172. 73 P.

p. 179. 80 L.

In do desinentia verba vocali praecedente, siquidem sint a nominibus derivata, generali regula primae subiacebunt coniugationi verborum, ut sedes sedis sedo sedas, nudus nudo nudas, foedus foedo foedas [tardus tardo tardas], heres exheredo exheredas, Cicero pro Sexto Roscio 'exheredare filium pater cogitabat': lapis lapido lapidas, ex quo componitur dilapido, Terentius in Phormione

priusquam dilapidet nostras triginta minas:

fraus fraudo fraudas, laus laudo laudas [cor concordo concordas], edus udo udas; et ab eo videtur quasi subudo per syncopam sudo sudas factum, unde sudor nomen derivatur. in do autem desinentia nec a nominibus deducta, naturaliter longa vel brevi syllaba antecedente, tertiae sunt coniugationis, ut vado vadis, invado invadis, rado radis, cedo cedis, incedo incedis, pedit pedis, Horatius sermonum libro I

nam displosa sonat quantum vesica, pepedi:

fido fidis, strido stridis, laedo laedis, caedo caedis, inlido inlidis, occido occidis, quae a laedo et caedo composita longitudinem diphthongi servaverunt: item rodo rodus, prodo prodis, ludo ludis, cudo cudis, Terentius in Heauton timorumenio 'argentum cudo', excudo excudis, procudo procudis, Virgilius Aeneidos libro I

ac primum silici scintillam excudit Achates,
item libro VI

excudent alii spirantia mollius aera,
item georgicon libro I

durum procudit arator

vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres:

|| trudo trudis, detrudo detrudis, abstrudo, obtrudo; [rudo] et cuius apud Persium legimus infinitivum rudere, |

findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas,
ab eo venire potest quod est rudo rudis, ut est ex participio eius, quo

1 verba om. P: verba vocali seu quacunque consonante antecedente f 4 pro VI. roscio Bf in VI libro pro sexto roscio t: 19, 53 5 filium suum pater f ex quo componitur dilapido om. B 6 delapido Ptf in Phormione] V 8, 4 7 dilapidet nostras stringit animas B delapidet nos nostras stringit animas P delapidet nos nostras stringit manus t delapidant (superscr. nos) nostras constringit (corr. constringit) animas f 13 serm. libro I] 8, 46: Prisc. l. X p. 515, 6 15 laedo dis cedo dis inlido dis occido dis t laedo caedo inlido occido BP 16 quae a laedo s qua (superscr. a) laedo B quae ledo Pt: quia caedo et laedo f observaverunt B 18 inauton toromenom causam timme non B in metamorphoseon Pt: Heauton tim. III 4, 18 19 Aen. libro I] v. 174: cf. Prisc. l. X p. 515, 17 20 primam P silici scintillam B silicis scintillam Pfs scintillam silicis t 21 libro VI] v. 847 22 excudent Ps excudent Btf 23 georg. libro I] v. 261: cf. Prisc. l. X p. 519, 9 25 obtunsi B, corr. al. m. obtunsi P dentem (superscr. canat) arboreq. aduntem (corr. arbore luntrem) trudo B 26 abstrudo obstrudo rudo et cuius P abstrudo rudo et cuius corr. al. m. abstrudo et rudo cuius B abstrudo et rudo cui t abstrudo is et rudo cuius f apud persem P: Pers. sat. 3, 9 27 ridere corr. al. man. rudere P 29 ab eo — rudis recenti manu add. B ut est et participium (corr. ut est ex participio) eius quo virgilius utitur suspicari (potest add. al. m.) B ut est ex participio eius quo utitur virgilius suspicari potest P ut suspicari ex participio eius potest quo virgi-

Virgilius utitur, suspicari: Aeneidos enim libro III dicit
 primusque rudentem
 contorsit laevas proram Palinurus ad undas,

item libro VII

hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
 vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,

5

item georgicon libro III

comminus obtruncant ferro graviterque rudentes
 caedunt.

nomen quoque, quo navis funes significantur, id est rudentes, non 10
 aliunde reor deductum, ut idem docet Virgilius in I libro Aeneidos dicens
 insequitur clamorque virum stridorque rudentum.

plaudo plaudis, cludo vel claudio claudis; cado quoque cadis, licet ante-
 cedens a corripitur, tertiae est coniugationis; et occido incido decido
 occidis incidis decidis etiam, quando a cado sunt composita, i tamen 15
 paenultima correpta est. edo quoque es, licet anomalum est per personas,
 et divido dividis, quamvis paenultimam corripit, tamen nihil discrepant
 a coniugatione. notantur primae coniugationis duo producentia i, trucido
 trucas, formido formidas, quod in eadem voce tam verbum quam no-
 men significat, et unum i corripit, trepido trepidas, quod a trepidus 20
 trepidi nomine veniens iure primae est coniugationis. n quoque ante do
 habentia tertiae sunt similiter coniugationis, ut scaudo scandis, ascendo
 pando pendo tendo prehendo incendo offendo findo scindo condo tundo
 mando fundo; nisi tamen eius modi verba de nominibus deriventur: tunc
 enim sine dubio primae coniugationis erunt, ut unda undo undas, in- 25
 unda inundas, abundo abundas, exundo exundas, Virgilius Aeneidos libro
 XII || 'ad caelum undabat vortex', | idem in eodem 'hinc densi
 rursus inundant', idem in libro III georgicon

ergo apibus fetis idem atque examine multo
 primus abundare et spumantia cogere pressis
 mella favis:

30

secundus secundo secundas, idem in eodem

et viridem Aegyptum nigra fecundat harena:

lius utitur t 1 Aen. libro III] v. 561 3 leuam proram P proram leuam t undam
 Pt 4 libro VII] v. 15 5 exaudire t exaudiri et f 7 georg. libro III] v. 374

10 non aliunde nisi a rudo reor deductum B 11 in I libro Aen.] v. 87 16
 licet diffectium et anomalum est P 17 corripit corr. al. man. corripuit B corripuit
 P 23 condo distando corr., ut videtur, condo distendo B condo distondo P 24
 eiusdem modi P 26 Aen. libro XII] v. 673 27 in eodem] Aen. XII 280 hinc
 densi rursus inundant f hinc densi rursus (superser. al. man. fluctus) inundabant B
 hinc rursus densi inundant fluctus P hinc densi rursus inundat fluctus t 28 in libro

III georg.] v. 139 29 ergo apium atque corr. al. m. ergo apibus fetis idem atque
 B ergo apibus foetis idem atque f ergo apibus fetis atque Pt 30 habundare P
 32 in eodem] georg. III 291 33 et — harena] virilem et us corr. et viridem ae-
 gyptum nigra fecundat harena B

p. 2174. 75 P.

p. 181. 82 L.

secundus secundo secundas, idem Aeneidos libro III

rite secundaret visus omenque levaret.

ab eo quoque quod est menda vel mendum [nomine] (utramque enim terminationem veteres usurpant: Cicero in praetura Siciliensi 'quod mendum ista litura correxit', Ovidius artis amatoriae libro I

nocte latent mendae vitioque ignoscitur omni,

idem eiusdem libro II

eximet ipsa dies omnes ex corpore mendas)

verbum fit emendo emendas, ut Iuvenalis libro V

10

et tamen uno

semodio scobis haec emendat servulus unus,

et Statius Thebaidos libro I

quo tempore tandem

terrarum furias abolere et saecula retro

15

emendare facta.

sed etiam differentiae significationis causa tam primae quam tertiae quaedam ex his inveniuntur, | ut mando mandis, id est manduco, ut primitivum, tertiae; mando mandas, quasi in manum do, id est permitto, quasi derivativum vel compositum, primae est; unde etiam amendo amendas, commendo commendas facta sunt. item quod ad fusionem quidem attinet fundo fundis, ut primitivum, tertiae est, unde fundus nomen, id est ager, derivatur, quod fundit nobis fructus [aut aliud nomen fundus, quod altitudinem significat]; fundo autem fundas verbum, id est fundamenta pono, quod a nomine quod est fundus, id est *πυθμήν*, derivatur, unde et pro-

20 fundus componitur, a quo fundamenta dicuntur, iure primae coniugationis est. verbum vero monosyllabum do das simplex quidem || primae est, et si cum adverbis vel disyllabis praepositionibus componatur, servat coniugationem, ut circumdo circumdas, pessumdo pessumdas; cum monosyllabis autem praepositionibus vel cum nominibus compositum tertiae fit

25 coniugationis, ut trado tradis, reddo reddis, perdo perdis, prodo prodis.

1 Aen. libro III] v. 36 2 secundarent — levarent ς 3 nomen t 4 in praetura Siciliensi] in Verr. act. sec. II 42, 104 quod om f 5 ista litura f ista litora B ipsa litora P ista littera t art. am. libro I] v. 249 6 mendae corr. $al.$ man. mendae P vitioseque corr. vitioque f 7 idem in eodem libro II et eximet B idemque eodem libro II eximet t item eodem lib. II eximet f : II 653 8 ex] e P et t 9 verbum ex eo fit B libro quinto P in V f : Iuv. sat. 14, 66 10 et tamen unus emedio scopis nec emendat P ut tamen unus emendo scopis haec emendat t et tamen unus emedio scopis emendat f 12 Thebaidos libro I] v. 268 13 tandem] tarde B 14 curias P abolere coepit et secula retro acta emendare facta laborat sed etiam t abolere voluit et secula retro emendare facta sed etiam f 15 facta (*superscr.* en sat laborat) sed etiam B 16 differentiae et significationis P 18 in om. B permitto] promitto t 19 amendo as B emendo emendas P emendo as t emendo f 22 aut aliud t f ut aliud P et est aliud B at aliud est ς 24 quod est om. P 30 ut trado tradis reddo reddis perdo prodo sic etiam credo uendo ac retundo et uenundo P ut trado dis reddo dis (*superscr.* dedo) prodo dis perdo dis sic etiam credo uendo ac redundo et uenundo B ut trado is reddo is perdo dedo condo indo prodo is praedo sic etiam credo uendo a cretum do. et uenundo f : cf. Prisc. l. X p. 516, 8

sic etiam credo vendo a cretum do et venum do, ut quidam putant, composita. sed quamvis praeter consuetudinem sit latinorum verborum, ut eadem manente finalitate compositio sola mutet coniugationem, videtur tamen hoc imitatione Graecorum mutatum, apud quos simplex quidem verbum circumflexum ὄρκῳ ὄρκοις tertiae, compositum autem εὐορκῶ⁵ εὐορκεῖς ἐπιορκῶ ἐπιορκεῖς primae est, simplex graecum σὺλῶ σὺλᾷς secundae, compositum vero ἱεροσὺλῶ ἱεροσὺλεις primae circumflexorum est coniugationis. quod perspicaciores Graecorum refutantes adfirmant huius modi verborum declinationes non a verbis simplicibus esse, sed magis a nominibus compositis εὐορκος ἐπιορκος ἱερόσυλος, unde com-¹⁰ posita verba facta verbis in declinatione non respondere primitivis. ex quo mihi quoque videtur do verbum in simplicitate praeter regulam declinatum suam in compositione cepisse proprietatem. primitivum enim existens tertiae debuit esse coniugationis, quia in do desinentia verba tunc tantum modo primae sunt coniugationis, cum a nominibus derivan-¹⁵ tur, primitiva vero tertiae solius, ut ante lata demonstrant exempla. quod igitur, cum esset monosyllabum, perdidit, ut non esset tertiae, sed primae coniugationis, more scilicet aliorum monosyllaborum, sicut no nas nat, flo, sto, for | faris fatur, id in compositione recipit, ut ad tertiam²⁰ solam pertineat coniugationem, absque duabus compositionibus, id est circumdo circumdas, pessumdo pessumdas, in quibus videtur integrum servari, cum naturaliter his in unitatem non sic cohaeret. in dor desinentia primae sunt || coniugationis, ut vador praedor verecundor.

In go vel in gor desinentia verba ex antecedentibus litteris dinoscuntur. a igitur ante finalem habentia syllabam primae sunt coniugatio-²⁵ nis, ut propago propagas, vagor vagaris, indagor indagaris, refragor refragaris. notantur tertiae ago agis, ut primitivum, et ab eo composita, sive servant a in compositione, ut perago circumago, seu mutant eam, ut exigo subigo, seu penitus excludant, ut dego cogo. e ante go praecedente tertiae sunt, ut lego legis, dego degis etiam ab ago compositum.³⁰ excipiuntur nego negas, lego legas e longam habens ad differentiam pri-

4 Graecorum] graeca BP 9 esse om. Btf 10 ἱεροκύλος inde composita verba facta uerbis B ἱεροκύλος idē unde composita verba facta sunt uerbis P ἱεροκύλω immolator unde videntur composita graeca verba facta uerbis t 12 quoque om. B 13 enim om. B 15 diruuntur P 17 quod igitur cum esset monosyllabum t quod igitur do esset monosyllabum P quod igitur cum circumflexum esset et monosyllabum B 20 pertinet P 21 videntur integra servari B P t videtur integra coniugatio observari f 22 in unitatem P sic al. m. add. B 26 vagor uagaris indagor refragor notatur P uagor uagaris (superscr. al. m. indagor aris) refragor garis notatur B uagor garis refragor garis indagor garis Notantur t: cf. p. 459, 32 28 perago circumago] perago corr. circumago B circumago P 29 ut cogo (superscr. al. m. dego) B 31 excipiuntur nego as lego as lego enim primae est e longam habens ad differentiam primitivi et a nomine quod est lex diruuntur lego enim e legitime et iure servans e longam nominis primae est coniugationis t excipitur nego as lego as e longam habens ad differentiam primitivi et a nomine quod est lex is derivatum legitime et iure servans e longam nominis primae coniugationis est f lego enim legas (primae est al. m. add. P) e PB

p. 2176. 77 P.

p. 183. 84 L.

mitivi et a nomine quod est lex legis derivatum. lego enim legas legitime et iure servans e longam nominis primae est coniugationis. adlego quoque et ablego et relego, licet aliud significare videntur, eiusdem sunt coniugationis, ut a lego, quod paenultimam longam habet, derivata: Virgilius
 5 in III libro georgicon

atque ideo tauros procul atque in sola relegant
 pascua,

Terentius in Andria 'ne a me credas adlegatum hunc senem',
 Cicero Verrinarum quarto libro 'causam sese dimisso atque able-
 10 gato consilio defensurum negavit', Lucanus

dum bella relegem,

extremum Scythici transcendam frigoris axem,

Statius Achilleidos II libro |

Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt
 15 adlegantque suos utroque a sanguine divos;

Ovidius in Ibide participium ponit,

ille relegatum gelidas aquilonis ad oras
 non sinit exilio delituisse suo.

i ante go antecedente, siquidem sint ex praepositione et ago verbo com-
 20 posita (tunc enim servant primitivi coniugationem) tertiae sunt, ut exigo
 subigo adigo abigo prodigo colligo, sicut etiam perago circumnago. carentia
 vero praepositionis observatione brevi quidem i primae sunt coniuga-
 tionis, ut ligo ligas, rigo rigas. litigo quoque || litigas, remigo remigas,
 navigo navigas, licet quibusdam videntur ab ago verbo composita, tamen,
 25 quia cum nominibus sunt composita, iure primam coniugationem merue-
 runt. longam i ante go habentia, siquidem trisyllaba sint, primae sunt
 similiter, ut instigo vestigo fatigo caligo; disyllaba vero tertiae, ut figo
 figis, fligo fiigis, unde adfigo configo sunt composita. o antecedente

1 lego enim legas legitime longitudinem (*deleto v. longitudinem*) e iure servans
 longam P lego enim e legitime et iure servans e longam B 2 quoque — a lego
 om. B 4 derivata ut virg. B derivativa (*corr. derivata*) sunt virgilius P 5 in
 III libro georg.] v. 212 8 in Andria] V 3, 28 ne *tf* De *corr.* Ne P, om. B
 9 Verrinarum quarto libro] *act. sec.* II 30, 73 causam sese demisso ablegatoque
 consilio t causam sese ipso atque ablegato consilio B causam esse (*corr. al. m. sese*)
 misso de ipso atque oblegatum (*corr. ablegato*) consilio P causam sese de ipso alle-
 gato consilio f 10 defensuram *corr.* -um P Lucanus] *Phars.* VI 324 12 ex-
 tremam *corr.* -um P 13 achilleidos I lib. B achilleidos primo libro P: *Achill.* II 224

14 pelius te nato socerum (*superscr.* et) tethis hospitam (*corr. -ta*) iungunt P
 pelenis te natus socerum et tyhis hospitacia iungunt t peleus et natus socrum et thithis
 ospitam iungant f 15 suos *al. m. add.* P utrosque t 16 in ibide f in ibi-
 dem Pt in I lib. B: v. 11 17 legidos *corr. al. m.* gelidas P agelidos t ad oras
 non ausus sit exliso (*corr. al. m.* non sinit exilio) delituisse suo B ad oras non sinit
 excelso delituisse suo f ad oras non sinit excelso exilio dilucius se suo t adorans....
 (*corr. al. m.* adorans non sinit exilio) delituisse suo P 19 uerba P
 20 tunc servabant t et tertiae sunt BP ut exigo alligo (*deleto v. alligo*) subigo
 adigo abigo prodigo colligo Sunt (*corr. al. m.* sicut) etiam P ut exigo abigo subigo
 abigo prodigo sicut etiam B ut abigo exigo subigo prodigo redigo adigo transigo sic
 etiam f 21 circumago P

primae sunt, ut rogo rogas, interrogo interrogas. cogo enim cogis ab ago compositum, quod ostendit et in praeterito perfecto suo coegi, servat coniugationem primitivi. u antecedente primae sunt, ut fugo coniugo contrugo nugor nugaris, quae a nominibus fuga iugum ruga nugas facta iure sunt primae. notatur tertiae sugo sugis, ut primitivum. item n vel r antecedentibus ante go, nisi sint a nominibus, quacumque vocali anteposita tertiae sunt omnia coniugationis, ut tango frango pango, Iloratus epistularum libro I

nec cum venari volet ille, poemata panges:

plango fingo mingo ningo tingo extingo stringo restringo cingo pingo 10
lingo ringor | iungo ungo emungo pungo fungor spargo mergo tergo
vergo invergo surgo. purgo enim purgas a purus nomine derivatum et iurgo iurgas ab eo quod est iure urgeo traductum et l ante g adsumens vulgo, a quo etiam promulgo promulgas componitur, a vulgus nomine deductum, merito primae sunt coniugationis. 15

Adspirationem ante o habentia latina duo sunt, quae nullam occasionem derivationis monstrantia tertiae sunt coniugationis, ut traho veho, et quae ex his componuntur, retraho subtraho adveho proveho subveho. nam triumpho bacchor stomachor et graeca sunt, et a nominibus derivata iure primae sunt coniugationis. 20

Aio et meio, quod et mingo dicitur, i || pro consonante ante o habentia, tertiae sunt, ut primitiva, et licet defectiva sunt, habent tamen quaedam signa tertiae. tertia enim persona pluralis aiunt et infinitivus meiere apud Iuvenalem in primo libro lectus, 25

cuius ad effigiem non tantum meiere fas est, indicant coniugationem praedictam. nam scio fio, quae sunt quartae, et 25

3 ut cōnfigo cōiungo (*superscr.* contrugo) nugor garis B ut (*superscr.* al. m. fugo) confugo iugo coniugo rugor rugaris nugor nugaris P ut confugo iugo contrugo nugor aris t 5 sugo sugis ut primitivum item n vel r vel l antecedentibus ante go nisi sint B sugo sugis (ut primitivum item *add.* al. m.) n vel r antecedentibus go ut primitiva nisi sint P 8 in epistolarum libro primo P: 18, 40 9 nec cum venari uellet t nec cum venerati uolet f nec cum veneratione uolet P ne cum venerati (*superscr.* one) uolet B panges P pangas Btf 10 tingo extingo restringo cingo pingo stringo lingo singo (*corr.* ringo) sungo iungo ungo emungo spungo mergo (*superscr.* spargo) tergo surgo inuergo fungo (*corr.* -or) B tinguo extinguo stringo restringo cingo pingo sungo iungo ungo emungo fungor mergo tergo surgo inuergo P pingo, stringo, singo, quod nunc singulio dicimus, iungo s 12 deriuatur ex quo et r ante go adsumens iurgo iurgas ab eo quod est iure urgeo traductum et uulgo a quo etiam promulgo promulgas cum a vulgus nomine traductum merito componitur primae sunt coniugationis P deriuatur et i ante o (*corr.* der. ex quo et r ante go) adsumens iorgo iorgas (*corr.* iurgo iurgas) ab eo quod est iure urgeo traductum et mulgo (*corr.* uulgo) etiam promulgo (*corr.* prouulgo) as componitur a mulgo (*corr.* uulgus) nomine diductum merito primae sunt coniugationis B deriuatur et g in uerbo adsumens iurgo ab eo quod est iure et urgeo traductum et uulgo ex quo etiam prouulgo as componitur a vulgus nomine deductum merito primae coniugationis sunt t 16 adspirationis P 23 infinitivum BP 24 apud Iuvenalem] sat. 1, 131 lectum B lectum est P 26 indicant Lindemannus indicat BP et hio quod est primae tf et hio quod primitivum (*corr.* primae) est B

p. 2178. 79. P.

p. 185. 86 L.

hio et pio, quae sunt primae, i vocalem ante o habent, de quibus abunde dictum in ante latis existimo.

In lo desinentia a vel e vel i vocalibus antecedentibus primae sunt coniugationis, ut halo halas, exhalo exhalas, anhelo gelo protelo vigilo
 5 sibilo ventilo, excepto alo alis, id est nutrio, intellectus causa, ut carens gravi spiritu etiam coniugatione differat ab eo quod adspiratum primae est coniugationis, halo halas, significans spiro, unde 'exhalat opaca mefitim' Virgilius in VII libro protulit. similiter o etiam vel u antecedentibus primae sunt, ut volo volas, dolo dolas, ambulo ambulas, ululo
 10 ululas, maculo maculas, pullulo pullulas, simulo simulas, cumulo exulo vapulo, excepto colo colis, quod | etiam o brevem habet, quod ad culturam pertinet. nam percolo, id est defaeco, quod longam habet o, primae est coniugationis et a nomine quod est colum compositum, quod significat instrumentum rusticum, unde Virgilius pluraliter 'colaque
 15 praelorum' in libro II georgicon dixit. excipiuntur similiter oculo oculis, consulo consulis, ex quo consul nomen derivari praediximus, et ad differentiam verbi quod est primae coniugationis volo volas verbum anomalum volo vis, et ab eo composita malo mavis, nolo non vis, et molo molis, unde Horatius compositum dixit in libro sermonum I, 'non alienas permolere uxores'; licet immolo immolas primae est, ut Virgilius in libro X 'lapsumque superstans immolat ingentique umbra tegit'. || sed a molo molis verbo primitivo, unde compositum permolo permolis permolere, nomen derivatur mola, ut est 'ipsa molam manibusque piis' in Virgilio libro quarto Aeneidos; et a nomine mola
 20 fit verbum primae coniugationis compositum derivatum servans coniugationem, ut immolo immolas. consonante quacumque antecedente vel duabus l tertiae magis inveniuntur, cum primitiva sint, coniugationis, ut fallo fallis, vello vellis, tollo tollis, percello percellis, excello excellis, quod etiam excelleo antiqui dixerunt, psallo graecum psallis, ut Salustius
 25 in Catilinario 'psallere et saltare elegantius, quam necesse erat probae', Horatius epistularum libro II

2 in antelatis exemplis existimo t s 6 grani spiratu P adspiratum habet primae *deleto* v. habet P 7 significans etiam spiro fonte sonat seuumque exultat opaca mesitum t: Verg. Aen. VII 84 8 mesitum de fatu, *deletis* v. de fatu P 10 pululo pululas P pululo B pullulo f 11 excepto f s exceptis B P 12 defaeco] disco defato P 15 in libro I georgicon B P in primo libro georgico t: georg. II 242 18 uolo nis tertiae B 19 I om. B: Hor. sat. I 2, 34 20 primae est ut uirg. in lib. X t primae ut uirg. lib. X B primae ut uirgilius in libro secundo P: Aen. X 540 21 superstans immolant corr. superstans immolat B superstans immolant t 22 tetigit t 23 ipsa molam manibusque piis portans in uirgilio libro quarto aeneidos P ipsam molam manibusque molebant piis in uirg. lib. III B ipsa molam manibus uertitur (corr. uertunt) uirg. lib. VIII t ipsam molam manibus uertitis piis in uirgilio lib. III f: Aen. III 517 25 compositum uel derivatum a nomine seruans B. fortasse compositum derivatum a nomine servans 28 fallo uello tollo praecello praecellis excello excellis P fallo uello tollo procello excello B fallo is tollo is quod etiam extollo is percello is excello is f 29 salustius in catilinaria B salustius catilinario P: c. 25, 2 30 et psallere et saltare t 31 probe B P epislr. lib.

psallimus et saltamus Achivis scitius unctis:
 pello pellis, id est trudo, unde componitur appello appellis. nam quod
 ad salutationem pertinet, licet simplex non facile invenitur, tamen in
 compositione differentiae sensus causa primae est coniugationis, ut ap-
 pello appellas. bello autem bellas vallo vacillo scintillo stillo, ut a no-
 minibus bellum vallum vacillum scintilla stilla derivata, generali regula
 iure primae sunt. in lor quoque desinentia primae sunt omnia, ut palor,
 unde in V libro Virgilius dixit 'palantes Troas agebat', praestulor
 fabulor osculor adulor aemulor epulor gratulor iaculor regulor.

In mo desinentia quacumque vocali seu consonante praeposita, pri-
 mitiva seu derivativa, primae sunt coniugationis, ut amo clamo aestimo
 domo humo autumo hiemo fumo spumo flammo armo lacrimo firmo, nisi
 sint primitiva e brevem habentia: tunc enim tertiae sunt coniugationis,
 ut emo emis, gemo gemis, premo tremo. notatur primae cremo cremas.
 i quoque brevi ante mo inventa primae sunt, ut aestimo lacrimo exanimo, 15
 nisi composita sint ex his quae e ante mo habent in || simplicitate et in
 compositione eam etiam in i mutaverunt: tunc enim solius tertiae sunt
 coniugationis, ut conprimo exprimo interimo adimo dirimo. in quibus
 notantur dêmo dêmis, prômo prômis, quia ab eo quod est emo secun-
 dum quosdam composita longitudinem praepositionis servaverunt, sicut 20
 përimo përimis brevitatem: quibusdam non ab eo videntur composita.
 sumo item solum tertiae coniugationis invenitur u longam servans, sicut
 vomo o brevem ante mo habens; et como paenultima longa a compono
 concisum, ut est apud Statium Thebaidos libro III

inplet amore sui, comunt furor iraque cristas,
 apud eundem libro VIII

hunc toto capies pro corpore crinem,
 comere quem frustra me dedignante solebas.
 in mor pauca quidem, primae tamen inveniuntur, quippe a nomine de-
 rivata, ut rimor rimaris a rima, racemor racemaris a racemo. 30

In no desinentia quacumque vocali antecedente brevi vel longa pri-

(superscr. I) psallimus B epistolaram libro psallimus P epistularum libro primo psal-
 limus t: *epist.* II 1, 33 1 saltemus f scitius unctis s citius unctis P dictionibus
 (superscr. citius) unctis B cicius unctis f diucius unctis t 5 bello autem bellas scintillo
 uallo uagillo stillo stillas et a P bello autem bellas uallo scintillo uacillo stillo as et
 (corr. ut) a B 6 uacillum] uagillum P 7 pallor B P t f 8 in V libro] *Aen.* V 265
 pallantes B t pallentes P f 15 i quoque (superscr. brê) ante mo habentia pri-
 mae B 18 adimo (derimo *add. al. m.*) in quibus P 19 notantur t notatur corr.
 al. m. notantur P notatur B 23 habens] habet P habet corr. habuit B et como
 penultima lon. a compono concessum (corr. concisum), superscr. al. m. como comas ut
 at illa denario comat ut est como B et como ut est at illa denario comat et como pen-
 ultima longa a compono et concisum P et como penultima longa a compono concisum
 est t 24 lib. III thebaidos f thebaidos lib. III B thebaidos libro quarto P libro quarto
 thebaidos t: *Theb.* III 424 25 inpleto more corr. al. m. inplet amore P inpleto
 more f impletas more t itaque corr. al. m. iraque P 26 libro VIII B P t VIII
 lib. f: *Theb.* VIII 901 27 crimen P t 28 comere quem me frustra comere digata
 (corr. dignata) solebas f me me dignante P

p. 2180. 81 P.

p. 187. 88 L.

mae sunt solius coniugationis, ut no nas nat monosyllabum, Ovidius in libro I metamorphoseon | 'nat lupus inter oves', sano sanas, mano ceno alieno sereno: i longa antecedente declino declinas, propino, Iuvenalis libro I 'quando propinat Virro tibi', supino festino divino; 5 i brevi antecedente fascino inquino nomino gemino termino attamino contamino destino procrastino conglutino: item longa o obsono obsonas, Terentius in Adelphis 'obsonat, potat, olet unguenta', dono donas; item brevi o sono sonas, tono tonas: item u longa antecedente, ut ieiuno ieiunas: exceptis paucis, quae tertiae sunt coniugationis, ut primitiva, 10 cum pleraque praedictorum derivativa sunt. et unum quidem exceptorum a brevem ante no habet, cano canis, quam in i mutant ex eo composita, ut occino concino succino, Persius 'cui verba? quid istas succinis ambages?'; || duo vero i ante no habent, lino linis, sino sinis, et unum o, pono ponis, et quidquid ab eis componitur, ut obolino oblinis, 15 desino compono repono et similia. consonante quacumque antecedente primae sunt similiter coniugationis, quippe a nominibus pleraque tracta, ut damno damnas, pugno pugnans, signo signas, regno regnas, verno vernas, hiberno hibernas: exceptis item primitivis ad tertiam iure venientibus coniugationem, sperno spernis, sterno sternis, temno temnis, 20 cerno cernis (ex quo decerno et discerno), et omnibus quae ab eis singulis componuntur. in nor desinentia communia vel deponentia similiter primae sunt solius coniugationis, ut opinor opinaris, conor criminor dignor peregrinor patrocinator minor vaticinator venor. consternor quoque et aspernor, ut deponentia, primae sunt coniugationis, licet sperno et 25 sterno activa, ex quibus, quantum ad vocem, videntur fieri, tertiae sunt, ceu praediximus; tamen consterno etiam consternas differentiae significationis causa primae invenitur, ut Statius libro VII Thebaidos

adiurat turmasque metu consternat inani,

1 in primo metamorphoseon P: v. 304 3 i longa antecedente declino as i breui antecedente gemino termino attamino contamino fascino inquino distino nomino procrastino conglutino propino Iuvenalis lib. I quando propinat viro (corr. uiro) tibi (superscr. i lon. antē declino) popino festino diuino item longa o obsono as B i breui antecedente gemino termino attamino contamino distino fascino inquino nomino procrastino conglutino longa i propino Iuvenalis lib. I quando propinat uiro tibi sopino sopinas festino diuino declino item longa o opsono P i longa antecedente ut sopino festino declino propino i breui antecedente ut gemino termino attamino contamino fascino inquino destino nomino procrastino conglutino Iuvenalis lib. primo quando propinatur item longa o obsono t Iuvenalis libro I] sat. 5, 127 4 Varro fg 7 in Adelphis] I 2, 37 obsonat et (superscr. optat) potat olet B 8 tono tonas item u longa pro consonante i antecedente ut ieiuno ieiunas P tono as ieiuno item iermus B 12 perseus P: sat. 3, 19 cui] quid corr. al. m. cui B 13 ambages corr. al. m. ambages P duo vero i ante no habentia B i uero ante no abentia P duo uerba i ante no habent f 16 deducta P 19 sperno spernis sterno sternis om. B 25 tertiae ceu BP tertiae sunt coniugationis ceu t 27 ut om. P libro VIII thebaidos Bt: Theb. VII 130 28 inani om. P: inani refert hippolite infelix uela coloni cuius, deletis v. refert — coloni, quae ex versu Ovidii p. 480, 3 huc translata sunt, B

cuius participium passivum praeteriti temporis Ovidius in V libro fastorum refert, |

Hippolyte infelix, vellem coluisse Dionem,
cum consternatis deripereris equis.

In po verba primitiva vel derivativa primae sunt coniugationis, ut *crepo crepas, discrepo dissipo culpo usurpo turpo nuncupo occupo mancipio*, Horatius sermonum libro II

quaedam, si credis consultis, mancipat usus:
participio participas, anticipo, Ovidius metamorphoseon libro III
tardius exierant, sed per compendia montis
anticipata via est: 10

palpo palpas, quod in eadem voce tam nomen quam verbum significat. tertiae pauca primitiva reperiuntur, et sunt haec, scalpo scalpis, sculpo sculpis, carpo repo serpo strepo rumpo, et quae ex his componuntur. in po quoque desinentia communia vel deponentia primae sunt, ut *au- cupor aucuparis*. ||

In quo vel in quor primitiva quidem, quae et pauca sunt, tertiae sunt, ut *linquo linquis, relinquo relinquis, delinquo delinquis, inquam vel inquo defectivum inquis*, cuius pluralem Horatius sermonum libro I refert, 'communi sensu plane caret, inquamus', et imperativum 20 Terentius in Phormione, 'tum autem video patrem filium ab sese amittere invitum, inque', sequor sequeris, loquor loqueris, liquor liqueris deponens prima syllaba producta, ut Virgilius in I libro georgicon

vere novo gelidus canis cum montibus humor
liquitur et zephyro putris se gleba resolvit, 25

quamvis neutrum sive activum primae coniugationis invenitur, prima tamen syllaba correpta, *liquo liquas, eliquo eliquas*, Lucanus libro VII
excussit cristas galeis capulosque solutis |
perfudit gladiis creptaque pila liquavit,

Persius

Phyllidas, Hypsipylas, vatum aut plorabile siquid,
eliquat, ac tenero supplantat verba palato,

Ovidius fastorum libro III

1 fastorum (*superscr.* refert hipollite infelix uellim coluisse dionem) ipse dionem
B: fast. V 309 3 uellem Pt uelim f uelles s dionē f didonem Pt 4 deripereris
B depereris P diriperis t deripere f 6 mancipio occupo BP 7 sermonum lib. V
t: epist. II 2, 159 8 mancipatus usus P mancipatus est usus t mancipatis (*corr.*
-tus) nisus f 9 libro III] lib. II Bt libro secundo P: metam. III 234 19 inquo]
inquo P: cf. Prisc. l. X p. 495, 14 sermonum libro I] 3, 66 20 communi]
cum P 21 in Phormione] V 8, 25 patrem filium Pf filium patrem t patrem
om. B 22 inuitum *corr.* inuidum B inuidum tf 22 liquor] Prisc. l. VIII p.
398, 3 23 in I libro georg.] v. 43 27 Lucanus libro VII] v. 158 28 scapu-
lasque solutas P scapulasque solutis f capillosque solutos t 29 gladius t arrepta-
que P 30 persius P: sat. 1, 34 31 phyllidas P 32 tenera supplantant uerba
palatum t 33 fastorum libro III] v. 151

p. 2182. 83 P.

p. 190. 91 L.

nec pigeat tritum nigro cum lacte papaver
sumere et expressis mella liquata favis.

cum vero sint a nominibus, tunc iure primae sunt coniugationis, ut
aequus aequo aequas, propinquus propinquo propinquas, obliquus obliquo
5 obliquas, antiquus antiquo antiquas, aqua aquor aquaris, Virgilius libro III
georgicon

sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur.

In ro desinentia e antecedente omnia primae sunt coniugationis, ut
libero liberas, lacero desidero considero aggero numero genero impero
10 blatero, Horatius libro sermonum II 'magno blateras clamore':
itero iteras, idem libro I carminum

nunc retrorsum

vela dare atque iterare cursus
cogor relictos.

15 excipiuntur pauca primitiva, et quae ab eis singulis componuntur, tertiae
coniugationis, ut gero geris, digero aggero, unde 'aggeritur tumulo
tellus' in III libro Aeneidos Virgilio legimus; ex quo verbo nomen fit
agger, et ab eo verbum derivatum aggero, aggeras est primae coniuga-
tionis, ut idem || Virgilius refert in libro XI Aeneidos

20 aggerat et longo praedam iubet ordine duci:

tero item teris detero protero; sero item seris, ex quo componuntur in-
sero dissero prosero desero (nam obsero obseras iure primae est coniu-
gationis a nomine quod est haec sera huius serae, et ab eo compositum
est resero reseras); queror item deponens correpta paenultima quereris;

25 fero etiam, | quod licet anomalum est, tertiae tamen esse coniugationis
ex quibusdam eius motibus ostenditur, et ab eo similiter derivata, ut
infero suffero perfero. vociferor autem, quod est a fero, et morigeror,
quod est a gero compositum, vel quia cum nominibus componuntur, iure
primae sunt coniugationis verborum. observandum est tamen quod, quae
30 superius ut tertiae coniugationis verborum notavimus, omnia disyllaba
sunt, quod in aliis e ante ro habentibus raro reperitur. et quacumque
alia vocali antecedente ro syllabam similiter verba sunt primae coniuga-
tionis, ut aro aras, paro spiro deliro voro ploro roboro, Horatius carmi-
num libro III

35 rectique cultus pectora roborant:

laboro obscuro instauro inauro figuro, Horatius epistularum lib. II

1 nigro] niueo s 5 libro III georg.] v. 193 10 sermonum al. m. add. P:
sat. II 7, 35 magno blateras clamore iterare iterum P magno blateras iterare cla-
more iterum t 11 libro I carm.] 34, 3 13 vela] uel P 15 tertiae sunt coniu-
gationis P 16 tumulo tellus] terrae tumulus B 17 in II lib. BP: Aen. III 63
19 in lib. X B in libro secundo aeneidos P: Aen. XI 79 22 iure primae coniu-
gationis BP est primae coniugationis t 23 et ab eo om. B 29 quod uerba
quae P 33 paro spero spiro BP deliro iuro s delibero uoro B delibero iuro P
carm. libro III] 4, 34 35 relictique t 36 epist. lib. II] 1, 126

os tenerum pueri balbumque poeta figurat:
 exceptis uro uris et quaero activo quaeris, ex quo composita, licet ae
 diphthongon in i longam convertunt, coniugationem tamen servant, ut
 inquiri inquiris, Lucanus libro VIII 'inquire in fata nefandi Cae-
 saris', conquiri conquis. consonante etiam quacumque antecedente 5
 primae sunt, ut celebri celebras, tenebri consecro obsecro quadro migro
 latro lustror narro erro. notantur tertiae coniugationis curro curris, verro
 verri, Statius Thebaidos libro III

sat dubium coetu solante timorem
 fallere et incultos aris adverrere crines. 10
 in ror desinentia deponentia vel communia primae sunt, ut exsecror
 morigeror fenerator miror moror odoror || furor lucror, excepto queror,
 ut ante dictum est, tertiae.

In so similiter primae sunt coniugationis, quia derivativa sunt. nam
 vel a nominibus pleraque derivantur, vel certe frequentativa sunt, ut 15
 lasso lassas penso spisso denso, quod et denseo secundae coniugationis,
 ut in eo terminatum, licet raro lectum, invenitur, ut extulit in primo
 libro georgicon Virgilius,

denset erant quae rara modo, et quae densa relaxat,
 idem in XII libro Aeneidos | 20

vela dabit, vos unanimi densete catervas;
 cuius infinitivum Salustius historiarum libro II refert, 'ille festinat
 subsidiis principes augere et densere frontem': convaso con-
 vasas, Terentius in Phormione 'aliquid convassem': accuso accusas,
 merso curso cesso. excipiuntur accerso arcesso lacesso facesso capesso 25
 incesso, cuius impersonale infinitivum Virgilius duodecimo libro dixit,

incessi muros, ignis ad tecta volare;
 Statius quoque in libro I Thebaidos extulit eius activum vel neutrale ver-
 bum infinitivum 'hanc etiam poenis incessere gentem decretum
 est', idem libro III 30

1 poeta] poema B poetarum t 4 lucanus lib. VIII Pt lucanus lib. VII B:
 Pharsal. VIII 558 inquire in fata nefandi t inquire in facta nefandi f inquire
 in fata nefandi P inquire nefanda (superscr. al. m. in fata) nefandi B 8 thebaidos
 lib. VII Bt thebaidos libro septimo P thebaidos liber VIII dicit f: III 202 9 coetu
 solent et in morem P coctos solent et (superscr. coetus solvant cibos) in morem B
 coetus soleant inmorem t cetos solent et inmorem f 10 et in oculis aris et uerrere
 t 16 ut lapso as B 17 in primo libro georg.] v. 419: cf. Prisc. l. VIII p. 444, 6
 t q mō et a

19 denset t densat P: dense terant q. rara modo q deserelaxat B 20 in XII
 libro Aen.] v. 264 21 vela dabit om. Ptf unanimi Pf unanimes Bt densete
 tf densate corr. densete B densate P 22 libro refert secundo P lib. III refert s
 festinat om. Ptf 23 princeps s densare P frontem s fontem B Ptf
 convasso convassas P 24 in Phormione] 14, 13 convasem B 25 capesso
 pesso cesso incesso P 26 impersonale superscr. in B duodecimo libro] v. 596
 27 incessi paruerunt muro deleta v. paruerunt B ignis Bf ignes t ignesque P s
 28 in libro I Theb.] v. 245 neutralem infinitivum B 30 idem in libro III
 t idem libro quarto s: Theb. III 301

p. 2184. 85 P.

p. 192—94 L.

nec tua cara fides, ne falsa incessere gaude;
cuius idem imperativum libro XI 'solumque quod ante vocasti in-
video, ne incesse moras'; licet in eodem libro participium quasi
frequentativum ut a prima coniugatione veniens lectum est, 'tectā in-
cessantem'. viso quoque visis et pinso pinsis tertiae coniugationis
sunt, ut Persius

o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit;
et defectivum quaeso quaesis, cuius infinitivum quaesere Salustius in
primo posuit historiarum libro. in sor deponentia vel communia similiter
10 primae sunt coniugationis, ut causor commissor grassor. versor conversor
diversor aversor adversor, licet a verto || vertis vel a vector verteris |
simplici, quod est tertiae coniugationis, componuntur, tamen ut deponen-
tia primae sunt coniugationis.

In to desinentia, quocumque sint syllabarum, quacumque vocali vel
15 consonante antecedente, primitiva seu derivativa, primae sunt coniugatio-
nis, ut sto stas, praesto resto obsto nato, Virgilius in III libro Aeneidos
'nata uncta carina'; veto vetas, vito dubito cogito noto porto muto
puto reputo refuto, Virgilius in libro XII Aeneidos 'fors dicta refutet':
confuto confutas, Terentius in Phormione 'confutavit verbis admo-
20 dum iratum patrem': occulto exulto ausculto vasto gesto manifesto,
Stattius in Thebaidos libro II 'ramus manifestat olivae legatum',
Ovidius in metamorphoseon libro XIII

insidias prodet manifestabitque latentem:
eructo eructas, raptō capto salto canto arto, Lucanus in libro III
25 continuus multis subitarum tractus aquarum
artavit clausitque amnem:

lacto, Terentius in Andria 'eorum animas lactas' idem in eadem
'nisi me lactasses amantem': marito maritas, Statius libro II Achil-
leidos | 'dum Pelea dulce maritat Pelion', Horatius in epodo

1 ne falsa P₅ nec falsa B₁f incesse (superscr. re) gaude B incere gaudere
corr. al. m. incessere gaude P 2 cuius om. B libro XI] v. 389 3 ne incesse
5 nec incesse B_P mores corr. morari, ut videtur, B licet] item P 4 tactam
corr. tecta B: Stat. Theb. XI 361 incessante P 6 perseus P: sat. 1, 58
7 o uane P o diane t 8 quesso sis — quessere B 11 nel auertor auerteris P
nel uertor teris B 12 simplici — primae sunt coniugationis om. P 16 III libro
Aen.] v. 398 17 uicta carita corr. al. m. uncta carina P porto] fortasse pote
18 libro XII Aen.] v. 41 19 in Phormione] III 1, 13 admotum P 21
thebaidos lib. III ramum t: Theb. II 389. ligatum corr. al. m. legatum P ligatum t
22 libro XIII] libro IIII 5: metam. XIII 106 23 prodet corr. prodit B prodit
P₁ prodeat f manifestabit corr. -bitque B manifestavitque P₁f 24 in
libro III] lib. IX 5: Pharsal. III 368 25 continuos B₁ continuis f 26 amnem
corr. animum B 27 in andria dicit eorum B: Andr. V 4, 9 animos lactas 5
lactas animas f in eodem B_P: Ter. Andr. III 1, 24 28 statius in secundo the-
baidos libro dum pela dulce maritat pleon horatius P dum pelli (corr. pellea) dulci
maritat peleon (corr. pelion) statius II achilleidos horatius B dum pelle adlucem ma-
ritat pelion stacius II lib. achilleidos horatius t: Achill. II 342 29 in epodo] 2, 9

altas maritat populos:
leto letas, Ovidius in Ibide

quique Lycurgiden letavit et arbore natum,
idem in III metamorphoseon libro 'letataque corpora vidit': exceptis
paucis tertiae coniugationis, quae et disyllaba sunt et primitiva, a quidem
antecedente scato scatis, licet non sit eius frequens usus; cuius infiniti-
vum etiam Lucretius in V libro protulit,

largifluum fontem scatere atque erumpere lumen,
ex quo Horatius participii praesentis accusativum in III libro carminum
refert,

10

sic et Europe niveum doloso
credidit tauro latus et scatentem
beluis pontum mediasque fraudes
palluit audax:

e autem vocali et c consonante antecedente pecto necto flecto et plecto 15
antique: e brevi || antecedente duo, peto ac meto: r antecedente simili-
ter duo, verto et sterto: geminata t ante o unum, mitto, et s antecedente
aequaliter unum, sisto. in tor quoque deponentia vel communia primae
sunt, ut scrutor testor antestor, ut Horatius sermonum libro I 'licet
antestari'. notantur tertiae coniugationis plector amplector complector 20
nitor utor et ab eis composita; vertor quoque et revertor.

In vo, v vocali pro consonante ante o posita, omnia primae sunt
coniugationis: pleraque enim sunt derivativa, ut levo levas, servo curvo.
notantur tertiae duo, vivo vivis, unde nomen est derivatum vivus, et
lavo lavis, ut Virgilius in X libro | 'lavit improba teter ora cruor', 25
Horatius carminum libro II

villaque, flavus quam Tiberis lavit,
idem sermonum libro I

ora manusque tua lavimus, Feronia, lympa;
quod et primae coniugationis invenitur, Iuvenalis libro I

30

1 altas maritat populos t altos marito populos P altos (corr. -as) maritas (corr. -to) populos B 2 in Ibin s: Ov. Ib. 503 3 quique] quippe P quinque t licorciden corr. ligorciden B ligocorgiden P ligocorrige t et] ex Pt natam Bt 4 in quarto libro metamorphoseon s: met. III 55 5 sunt et primitiva t sunt (superscr. et) primitiva B sunt primitiva P 7 etiam om. B in VI libro BP in VII libro t f: Lucr. V 598 9 in III libro carm.] 27, 25 11 sic et] citet P cicet t niuem t niuemqui P 12 credit P latius et P lati et t 15 e autem uocali antecedente et c ut flecto is necto is pecto is r similiter antecedente nel s ut nerto is sterto is sisto is mitto is t e autem consonante antecedente (superscr. c) tertiae coniugationis ut flecto tis necto tis pecto tis r similiter antecedente ut nerto tis sterto tis (superscr. al. m. s antecedente ut mesto i antecedente ut) sisto tis mitto tis B: cf. Prisc. l. X p. 536, 5 sqq. et c consonante om. P 18 sisto] sto P 19 serm. lib. I] 9, 76 23 derivativa f derivata BP 24 derivativum P 25 in X libro] v. 727 26 carminum libro secundo s carminum libro I BPt: carm. II 3, 18 27 villaque s uellaque B bellaque t bella P flavusque thiberis t 28 serm. lib. I] 5, 24 29 tuas Pt pherronia P 30 Iuvenalis libro I] sat. 2, 152

p. 2186. 87 P.

p. 195. 96 L.

nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur,
cuius supinum Horatius in libro I sermonum protulit,
ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum
admonuit.

5 l vero ante vo antecedente tertiae coniugationis primitiva inveniuntur, ut
solvo solvis, volvo volvis, calvo calvis, id est decipio, ut est apud Salu-
stium in historiarum libro III 'contra ille calvi ratus quaerit, ex-
tisne an somnio portenderetur thesaurus'. in vor desinens
deponens unum est, convivor, quod primae est, generali regulae depo-
10 nentium serviens, cum non respondet suo primitivo, id est vivo vivis,
vel quia de nomine quod est conviva derivatur.

In xo desinentia pauca sunt, primae quidem coniugationis, ut laxo
laxas, luxo vexo taxo. sed tertiae non inveniuntur nisi pexo pexis, texo
texis, nexo nexis: faxo enim faxis defectivum est. || nexo autem tam nexas,
15 ut ostendit Virgilius participium dicens 'nexantem nodis', quam nexis,
ut Accius in Deiphobo

nos continuo ferrum eripimus [omnibus] manibus
manicas neximus;

licet nexi lectum est, quod etiam a necto nectis, sicut a pecto pectis
20 pexi potest esse. in xor similiter desinentia primae sunt coniugationis,
ut rixor amplexor. |

In or passiva quacumque praecedente vocali vel consonante coniuga-
tionem suorum sequuntur activorum, ceu ante diximus.

Composita quoque in omnibus terminationibus simplicium suorum
25 coniugationes, eadem scilicet manente finalitate, sequuntur, si tamen cum
verbis vel cum praepositionibus, cum quibus frequentius solent coniungi,
componantur: cum verbis, ut tepefacio calefacio mafe facio patefacio lique-
facio; cum praepositionibus, ut capio praecipio decipio, facio inficio affi-
cio deficio, fero praefero perfero infero afferro suffero defero, turbo pro-
30 turbo, scribo describo conscribo, neco eneco, vinco convinco, fraudo
defraudo, fundo infundo, cedo discedo concedo, ligo inligo, ago perago
circumago subigo exigo cogo, traho subtrahio, halo exhale, fallo refello,
clamo reclamo, emo cocmo, no adno, pono expono repono depono inpo-

1 haec corr. nec B 2 in libro I serm.] 6, 125 5 l vero ante vo] Prisc. l.
X p. 506, 7 7 calui (corr. al. m. caluit) ratusq. retextis ne somnio (superscr. os)
tenderetur thesanris (corr. -rus) B caluiratus ē querere tectis ne asomno portenderet
thesanros t caluiratus q; rite textis netui somnio portendet (corr. -deretur) thesaurus f
extis an P extis num editores Sallustii 9 depouentium om. P 10 respondens corr.
-det B respondens et P 11 est om. P 13 non inueniuntur & non inuenitur P non inueni
B 14 faxo enim faxis defectivum est nexis enim et tam nexas P faxo is defectivum
tamen (superscr. nexis enim et) nexas B faxo defectivum nexo enim tam nexas t
nexo] Prisc. l. IX p. 469, 12. l. X p. 538, 1 15 Virgilius in V g: Aen. V 279

16 in deiphobo nos Pf inde inphobano sinos nos t 17 arripimus t omnibus
manibus manicas Pt omnibus manicas Bf 19 licet nexui Bt 20 pexui potest esse
in xor Bt pexi in xor P 21 rixor trixor amplexor P 26 solent iungi B 29 afferro]
aufero B proturbo] perturbo t 30 conscribo om. P 33 depono inpono om. P

no, crepo discrepo, repo adrepo inrepo, aro exaro, curro incurro dis-
curro concurro, penso dispenso compenso, viso invisio, canto decanto,
mitto inmitto submitto, curvo incurvo, solvo dissolvo, duco deduco educo,
nisi sensus causa mutetur coniugatio, producta quidem paenultima tertiae,
educo educis, correpta autem paenultima primae, educo educas, id est
nutrio, non extraho, ut Virgilius in libro X

quattuor hic iuvenes, totidem quos educat Vffens;
quod a nomine dux ducis posse fieri praediximus. et manduco mandu-
cas, licet a duco ducis verbo videtur componi, tamen cum nomine com-
positum, quasi manum ad os duco, iure primae est. intellectus 10
autem differentia solet || interdum et in simplicitate verborum mu-
tare coniugationem, ut dico dicis et dico dicas, mando mandis et mando
mandas, fundo fundis et fundo fundas; sicut sero quidem seras a nomine
quod est haec sera, licet correpta paenultima, et lego legas producta
paenultima primae sunt, ut a nominibus sera et lex venientia; sero au- 15
tem seris correpta similiter paenultima, ex quo dissero prosero insero
fiunt, et lego legis, unde diligo sublego componuntur, differentiae causa
ut primitiva tertiae sunt. pello quoque pellas, quod simplex in usu non
est, unde appello appellas, primae est; pello autem pellis, ex quo inpello
inpellis, depello depellis, tertiae; sicut volo volas et volo vis intellectus 20
causa diversas coniugationes meruerunt. sono | enim sonas et sono sonis,
unde sonere infinitivus, crepo crepas et crepo crepis, unde et crepere,
fulgeo et fulgo, unde et fulgēre, serveo et fervo, unde et fervēre, oleo
et olo, unde et olēre paenultima correpta, strido stridis et strideo stri-
des, sicut albo albas et albeo albes, denso densas et denseo denses, duro 25
duras et dureo dures, maturo maturas et matureo matures, ex quibus
induruit et maturuit perfecta veniunt, haec auctoritas sola vetustatis, non
artis tradidit ratio. unde nec omnes motus haec eadem verba tritos et
usitatos in utraque coniugatione habere noscuntur.

Cum nominibus autem composita verba mutant plerumque coniuga- 30
tionem. nam generali regulae nominum subiecta et quasi a nominibus
derivata iure ad primam veniunt coniugationem verborum, ut litigo liti-
gas, remigo remigas, vociferor vociferaris, morigeror morigeraris. et
maxime excludentia i, quam in simplici verbo ante o habuerunt, etiamsi
cum praepositione componantur, mutant coniugationem, ut aedifico aedi- 35

2 concurro om. P compenso om. P 3 curvo incurvo om. P 6 non ex-
traho om. B in libro X] v. 518 7 quattuor om. B 14 licet correpta simpli-
citer penultima B 16 dissero] desero P 17 diligo sublego f dilego sublego B
dilego subligo P relego delego sublego t 19 unde appello (corr. conpello) las B
unde conpello as P: cf. p. 478, 2 21 sono autem (superscr. enim) sonas B 27 in-
duravit et maturavit P veniunt auctoritate sola vetustatis (superscr. al. m. non
artis) tradidit ratio B 28 tradit P motus] meatus P 29 dinoscuntur P
30 pleraque P 32 ut litigo as t ut lego (superscr. uel litigo) gas B ut lego legas,
superscr. al. m. litiga P

p. 2189. 89 P.

p. 197. 98 L.

5 *ficas, significo significas, sacrifico sacrificas, laetifico laetificas, amplifico amplificas, terrifico terrificas; mancipio quoque aucupo participo, licet possunt haec quasi a nominibus manceps et auceps et particeps, sicut vindico vindicas, iudico iudicas, indico indicas, auspicor auspicaris, a nominibus vindex iudex index auspex venientia, iure primae || esse. idemque etiam de superioribus intellegi potest, ut a sacrificus laetificus amplificus terrificus nominibus, quae sunt in usu, verba deducantur, hisque similiter excurrens aedifico et significo verba videantur, licet carent apposis, ad aliorum similitudinem compositis nominibus. et cum*
 10 *solis tamen praepositionibus verba composita, si in compositione careant i, quam habuerunt in simplicitate, mutant coniugationem, ut a capio capis, quod est tertiae, primae fiant coniugationis, ut anticipo anticipas, occupo occupas. ut enim a nominibus verba derivata e vel i addentia una syllaba genitivum primitivi solent vincere, ut canus cani caneo, in-*
 15 *sanus insani insanio, sors sortis sortior, et e contrario a verbis in eo vel in io vel in uo desinentibus traducta nomina, quae e vel i vel u vocales excludant, minus una syllaba proferuntur, ut arceo arcus, perfugio perfuga, advenio advena, gradior gradus, tribuo tribus, metuo metus: sic etiam in ipsis verbis solet evenire, ut in io verbo desinentia, si in*
 20 *compositione i excludant, omnibus modis unam minuente syllabam coniugationem quoque mutare cogantur, ut facio facis aedifico aedificas, capio capis occupo occupas; sicut a nomine et capio nuncupo nuncupas facit; eodemque modo a fugio fulgis fit nomen deductum fuga et ex hoc nomine verbum fugo fugas; quo modo a verbo iungo iungis nomen iu-*
 25 *gum, et ab hoc || verbum iugo iugas, et molo molis, inde nomen mola, et ab eo verbum immolo immolas. sicut sedeo verbum secundae coniugationis et, quod eiusdem est coniugationis compositum, insideo, unde nomen insidiae, ex quo aliud verbum insidior insidiaris traducitur, ex praeterito perfecto suo, quod est in primitivo sedeo sedi, factum expulsionem e, quae*
 30 *ante o erat, productaque paenultima, facit verbum primae coniugationis, sedo sedas (quo modo in circumflexis apud Graecos Syracusano more saepe verbi positio derivatur ab alterius verbi praeterito perfecto, ut ποιῶ πεποιήκα πεποιήκω, νοῶ νενόηκα νενόηκω); quod potest etiam a praete-*

6 ut a laetificus sacrificus amplificus terrificus nominibus *B* ut aedificus (*corr. al. m. laetificus*) sacrificus amplificus terrificus a nominibus *P* 7 deducantur *corr. al. m. -cuntur P* diducantur *B* 8 his (que *add. al. m.*) similiter excurrens verba videntur (aedifico et significo quae *add. al. m.*) licet careant, bpositis et (*corr. al. m.*) obpositione ad) aliorum similitudine (*corr. al. m. -nem*) compositis nominibus *P* videantur *om. B* 9 carent *corr. careant B* apposis] positione *B* 10 tamen] tantum *B* 17 profugio profugus *corr. refugio refuga B* 19 etiam et in *P* 22 sicut] sic *B* 23 facit *al. m. add. P* eodemque modo fugio is minuens unam syllabam de suo primitivo fit nomen deductum fuga facit ex hoc nomine fugo as *t* a ante fugio *om. P* fuga facit ex hoc (hoc *om. B*) nomine *BP* 27 et quod eiusdem est coniugatione (*corr. al. m. nis*) et compositum ut insideo *P* quod eiusdem est compositum coniugationis insideo *B* 32 dirinatur et ab alterius *P* ut ποιῶ πεποιήκα πεποιήκω καὶ νενόηκα νενόηκω *P*

rito perfecto, quod est [sedeo] sedi producta paenultima, nomen fecisse haec sedes eadem verbi longitudine etiam in nomine servata. ut ab eo quod est rumpo rupi rupes, sterno stravi strages, sic a nomine sedes derivatum verbum generalis regula nominum iure primae coniugationi dedisse verborum videtur, sedo sedas. a nomine quoque plurali quod est hae sordes sordeo sordes secundae coniugationis verbum deductum, cum fecisset ex se nomen mobile sordidus, ab eo verbum derivans sordido sordidas merito primae dedit illud verborum coniugationi. de monosyllabo autem verbo, quod est primae praeter regulam coniugationis, do das dat, et compositionibus eius rationabiliter non respondentibus 10 primitivo in supra dictis abunde reor esse monstratum.

[Omnia deponentia vel communia consonante antecedente or primae sunt coniugationis, ut suspicor praedor indagor palor rimor opinor aucupor aquor moror adversor scrutor convivor amplexor, exceptis VIII tertiae coniugationis, labor fungor sequor liquor loquor queror evertor 15 utor nitor, et illis exceptis quae ante cor as vel es vel is habent, ut irascor nascor vescor paciscor nanciscor, et quidquid simile inveniatur, quae iure tertiae sunt, quia haec forma, id est in sco desinens, tertiam coniugationem vindicat sibi.]

CAPITVLA

20

- I De coniugationibus Graecorum et dissimilibus ac similibus regulis eorum ac Latinorum et cognitione coniugationum ex prima persona et anomalis verbis 447, 17
- II De quattuor formis verborum et de verbis quae e vel u vel i vel consonantem ante o vel or habent 448, 24 25
- III De generalibus terminationibus nominum derivativorum a prima persona praesentis temporis verborum 451, 31
- IIII De specialibus terminationibus ab eadem origine derivatis 454, 13
- V De generalibus terminationibus a praeterito perfecto vel verius ab infinitivo futuro 455, 13 30
- VI De verbis derivatis a nominibus 456, 35
- VII De nominibus iterum derivatis a verbis 459, 16
- VIII De verbis rursum derivatis a nominibus 460, 26
- VIII De verbis derivatis ab adverbis seu a verbis sive a nominibus 461, 18
- X Recapitulatio 462, 17

4 generali BP coniugationis dedisse verborum videtur P coniugationi dedisse verborum B coniugationi se dedit verborum f 5 sedo sedas om. B 6 coniugationis corr. -ni P 9 autem, superscr. enim B enim P propter corr. al. m. praeter P 11 monstratum. deo gratias explicit feliciter ars eutyicii B monstratum EXPLICIT ARS EUTYICIS GRAMMATICI f. ea quae sequuntur in BP de deponentibus et communibus verbis ex priore libro p. 463, 35 sqq. repetita sunt 13 suspicor — amplexor] miror adversor moror uagor B pallor P 20 capitula ex codice Parisino 7499 edita sunt

- XI De verbis inter duas coniugationes 463, 20
 XII De numero syllabarum genetivi nominum in verbis et de eadem
 coniugatione in activis et passivis, si non mutaverint genus vel
 significationem 465, 5
 5 XIII De communibus et de deponentibus, de terminationibus verborum
 ac de verbis disyllabis 465, 24
 XIII Secundus liber de finalitatibus, hoc est de consonantibus ante o
 vel or finalem inventis.